DE MAXIMO TYRIO QUAESTIONES PHILOLOGAE SELECTAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
CONSENSU ET AUCTORITATE
IN
ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
SCRIPSIT

HERMANNUS HOBEIN
HANNOVERANUS.

GOTTINGAE
MDCCCXCV.

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
U. de Wilamowitz-Moellendorf
Examen rigorosum habitum est die VII. mens. Decembr. a. h. s. XCIV

UDALRICO DE WILAMOWITZ-MOELLENDORF

S.

CONSPECTUS CAPITUM.

Praefatio.

I.

Postquam animi levitatem quam putabat exiguitatemque ingenii indignatus Reiskius acri potius iudicio Maximum persecutus est quam aequo perpendit, neglectus est a philologis, quasi omnibus Reiskiani illius taedii aliquid attulisset: quaecumque de eo scripta inveni — brevissima pleraque, quaedam paulo copiosiora — opiniones sunt non tam studio ac ratione paratae quam legendo perceptae, nec non satis credebant, ut cuique vel vituperanda Maximi ars vel laudanda videbatur, de ea verba fecisse [1]); itaque factum est, ut compositis, uti par est,

1) Reiskii verba exstant in Davisii editione altera ab illo curata (Lips. 1774) tom I p. III. Viri docti qui de Maximo iudicaverunt hi sunt. D. Heinsius (ed. Lugd. Bat. 1614) Davisius (ed. Cantabr. 1703; in sec. ed. praefationis fragm. [Reisk. p. X] Casaubonum Pantinum Cresollium Petitum Hemsterhusium Clericum laudatores Maximi enumeravit) Barthius (cf. Fabricii bibl. Hamb. 1796 tom. V p. 515 sq.) Marklandus (ed. Reisk. p. XXVIII) Stolle (hist. d. heidnischen morale Ienae 1714) Brucker (hist. crit. philos. Lips. 1742 [vel 1766] tom. II p. 177) Nicolai (griech. litt. gesch. bd. II p. 652) Pauly (realencycl. IV p. 1676) Volkmann (rhetorik p. 484) Christ (griech. litt. gesch. p. 514) Bernhardy (griech. litt. gesch. I p. 660) Champagny (Les Antonins. Paris 1863 tom. III p. 207 sq.) Boeckhius (encycl. u. methodol. Lips. 1877 p. 674; qui ceterum hunc Tyrium cum Epirota qui dicitur vel Ephesio quodam Iuliani imperatoris aequali confudisse videtur; quem propter errorem iam Morellum olim castigaverunt vv. dd. Brucker Fabricius Davisius alii); praesertim Kaemmel (Max. d. Tyr. in Fleck. ann. 1871 tom. 104 p. 1 sq.) et Rohdich (de Max. Tyr. theologo diss. inaug. Bythomiae 1879). Mitto singularum orationum illas transscriptiones quas nominare maluerim quam iudicia de ipsius Maximi persona hic illic editas (velut Stäudlin gesch. d. moralphil. Hannov. 1822 p. 225 sq.) Krug philos. lex. tom. II p. 815. Champagny l. c. Denis (histoire des théories et des idées morales dans l'antiquité Paris 1856 tom. II passim) Martha (les moralistes sous l'empire Romain) Friedländer (sittengeschichte III p. 488. 565. 707) alia.

his iudiciis tabula sit multis quidem variisque coloribus inducta, sed qui nec consentiant inter se neque unam picturam et perfectam efficiant. Totum autem opus est eum depingere, si recte et de ipso iudicare et illius aetatis historiae eam partem, cuius pro exemplo casu nobis unus Maximus est, intellegere volumus. Sed non potest quisquam hunc laborem prospere puto subire, nisi alia quaestione simul soluta: cum sequiores illi scriptores, quorum Maximus est, numquam fere suis usi sint, unde sumpserint ea, quae protulerunt, nobis spectandum est, ut quomodo protulerint iuste aestimemus. De Maximo autem quae dicenda sunt vereor, ne in immensum serpant; ac ne posse quidem mihi videor iam nunc omnia dicere; liceat igitur quaedam tamquam prolegomena eligere, quibus a lectoribus, penes quos est de talibus iudicium, probatis spero et illos amplius de Maximo agere mihi concessuros et me opus editurum esse praeclarissimo illo nomine dignius quam haece primitiae, non propter exigua sua, si sunt, merita, sed gratissimo ex animo summaeque pietatis ergo illi oblatae.

II.

Magna est quaestionum e quibus eligere possumus, in Maximo copia; sed ipse offert materiae et disponendae et eligendae facultatem quam aptissimam. Est ubi multum sese in artibus esse praedicat atque admonet, ut qui audirent in qua quisque arte vellet instituendos se ipsi traderent [2]); nec vana quam nostri putant haec iactatio; est cur fecerit causa plane perspicua: in multitudine declamatorum de plausu vulgi decertantium cuique opus erat quam plurima promittere quam pulcherime loqui, si modo cordi erat vocem audiri; et fuere fortasse haud pessimi semper quos reliquerunt qui circumstabant alium

---

2) orat. VII 7. Παρελήλυθεν εἰς ὑμᾶς, ὦ νέοι, παρασκευὴ λόγων αὕτη πολύχους καὶ πολυμερὴς καὶ πάμφορος καὶ ἐπὶ πάσας ἐξικνουμένη ἀκοάς, καὶ πάσας φύσεις ⟨ἀνθρώπων⟩ καὶ πάσας ζηλώσεις λόγων καὶ πάσας παιδευμάτων ἰδέας sq. εἴτε τις ῥητορείας ἐρᾷ, οὗτος αὐτῷ δρόμος λόγου πρόχειρος καὶ πολυαρκὴς καὶ εὔπορος . . . εἴτε τις ποιητικῆς ἐρᾷ, ἡκέτω, πορισάμενος ἄλλοθεν τὰ μέτρα μόνον, τὴν δὲ ἄλλην χορηγίαν λαμβανέτω ἐντεῦθεν, τὸ σοβαρὸν . . . ἀλλὰ πολιτικῆς καὶ τῆς περὶ δήμους καὶ βουλευτήρια παρασκευῆς ἥκεις ἐνδεὴς ὢν; σὺ μὲν καὶ ⟨τοῦτο⟩ πεφώρακας τὸ ἔργον, ὁρᾷς τὸν δῆμον, ὁρᾷς τὸ βουλευτήριον, τὸν λέγοντα, τὴν πειθώ, τὸ κράτος. ἀλλὰ τούτων μέν τις ὑπερορᾷ, φιλοσοφίαν δὲ ἀσπάζεται καὶ ἀλήθειαν τιμᾷ; ἐνταῦθα ὑφαιρῶ τῆς μεγαλαυχίας, ὑφίεμαι, οὐχ ὁ αὐτός εἰμι.

audituri in blanditiis adhibendis magis effusum, suaviorem aurium voluptatem pollicitum [3]. Certe ne Maximo quidem ubique contigit, ut favorem audientium sibi conciliaret; ipse hoc cum dolore quodam questus est [4]; nec mirum igitur eum cum declamaturus Romam venisset, ceterorum morem secutum summam parando auditorio sibi operam dedisse nec non ad ipsius laudationem artiumque quas calleret iactationem delapsum esse, quam adhuc spreverat et indignam viro gravi esse ipse adeo bene sentiebat ut excusationem adferret ex auditorii lentitudine petitam [5]. Sint ipsa verba sane nimis gloriosa et magis procacia quam quae probemus, res minime dubia: coactus iactatione concertantium, quam multa ex ipso possent exspectare pronuntiat, neque est cur fictam esse artis poeticae politices oratoriae philosophiae peritiam qua gloriatur arbitremur. Immo servatam tenemus scholarum quas promisit unam seriem XL orationes in codicibus complexam; unde sequitur re vera eum Romanis persuasisse, ut auditorium eius frequentarent; de philosophicis autem rebus scholas fuisse quas adire illi constituebant, fortasse inde exortum est quod omnia quae philosophiae cujusdam speciem praebebant, tum auctoritate quadam apud plebem florebant [6]; ipsius Maximi nil intererat quid ex se audire aut qua in re vellent institui: philosopharum dissertationum

3) cf. de his Dio Chrys. XIII 11 ἀνακηρύττουσι ἑαυτοὺς ὥσπερ οἱ Ὀλυμπίασι κήρυκες. Epict. III 35 δεῖ . . παρακληθῆναι τοὺς ἀκουσομένους καὶ σὲ ἐν κομψῷ στολίῳ . . ἀναβάντα . . διαγράφειν et antea 7. 17 sq. Martha l. s. p. 224.

4) VII 6. εἰ γάρ, ὦ θεοί, ἐμῶν θεατῶν γένοιτό τις συναγωνιστὴς ἐμοὶ ἐπὶ ταυτησὶ τῆς ἕδρας συγκονιόμενος καὶ συμπονῶν, ἐγὼ τότε εὐδοκιμῶ, στεφανοῦμαι τότε, κηρύττομαι τότε ἐν τοῖς Πανέλλησιν. ἕως δὲ νῦν ἀστεφάνωτος εἶναι ὁμολογῶ καὶ ἀκήρυκτος, κἂν ὑμεῖς βοᾶτε. Τί γὰρ ἐμοὶ ὄφελος τῶν πολλῶν λόγων καὶ τῆς συνεχοῦς ταύτης ἀγωνίας;

5) VII 7. ἄνθρωποι ὄντες οὐδὲ κατὰ ὄρνιθας ξυνᾴσονται ἡμῖν, ἀκούοντες θαμὰ οὐκ ἀσήμων αὐλημάτων, ἀλλὰ νοερῶν λόγων καὶ διηρθωμένων καὶ γονίμων καὶ πρὸς μίμησιν εὖ πεφυκότων; ὥστε ἔγωγε τέως καὶ πρὸς ἅπαντας ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων σιγὴν ἔχων καὶ μηδὲν σεμνὸν μηδὲ ὑπέραυχον μήτε ἰδίᾳ μήτε εἰς κοινὸν εἰπὼν νῦν μοι δοκῶ ὑμῶν εἵνεκεν γαυρότατα ἂν καὶ μεγαλαυχότατα εἰπεῖν.

6) Morum religionisque ne in summa quidem corruptione non interdum plebem paulo altius assurgendi desiderium etsi non sentit sollicitat; novus quisque qui exsistit excipitur tanquam salutem diu amissam referre possit; atque una hac sive spe sive angore quodam animi ducti illis temporibus eos puto adibant qui veri philosophi aut speciem praebebant aut dicebantur velut Dionem (cf. XIII 11. 12 XLII 1).

quas habendi copiam septima illa oratione comparavit, loco itidem de iis locutus esset, quae ad ceteras tres artes quarum peritiam iactat, pertinent, si fuissent qui de his agere eum juberent. Quod quidem sive fors tulit [7]) sive numquam omnino a Maximo scholae habitae sunt nisi Romae illae philosophicae, id constat eum non tam philosophum, quem codicis inscriptio vocat, fuisse quam artium disciplinarumque quae paucae tum colebantur [8]) studiis obsecutum esse, et sunt sane multa in iis quae restant dissertationibus philosophis, quae qualem in illis artibus tractandis sese praestiterit, tam apte demonstrant [9]) ut nullus ex iis, qui e septima elucent, color desit vitae ejus imagini quam ceteri sermones referunt, ac ne periculum quidem sit ne nostrum de eo iudicium in angustum plus aequo compellatur neque perfectum sit. — En igitur quattuor unde sumi potest exordium; mittamus autem Maximum et poeticae et politices artis magistrum quippe qui quaestiones

---

7) Ex iis, quae in adn. 4 attuli nil efficitur: cathedram eum non oratoris publici sed philosophi spectasse apparet; sed de condenda quadam schola philosophica non cogitabat, cum nullum sibi exstitisse discipulum quereretur, sed eorum sibi quemdam dari exoptat, quales philosophos sequebantur pedissequi potius perpetui quam conlegae atque docendi participes; quales iam cum Diogene cynico fuerant, et Christum sequebantur; quales Epicteti fuisse scimus et Dio sese non habere velle pronuntiat (οὐ λαμβάνω μαθητὰς εἰδὼς ὅτι οὐδὲν ἂν ἔχοιμι διδάσκειν XII 13 cf. 15). Quodsi Maximus dicere voluit adhuc se non habuisse asseclam, id fieri potuit quia nemini re vera persuasit ut sequeretur, unde efficitur scholas eum jam antea habuisse; sed nonne id quoque probabile est discipulos eum non habuisse quia parandis iis operam adhuc omnino non dedit?

8) Has potissimum artes esse quarum studio tenebantur Dio docet XII 5 ὡς δὲ καὶ ὑμεῖς τοσαῦτα μὲν θεάματα ἔχοντες τερπνά, τοσαῦτα δὲ ἀκούσματα· τοῦτο μὲν ῥήτορας δεινούς, τοῦτο δὲ ξυγγραφέας ἡδίστους ἐμμέτρων καὶ ἀμέτρων λόγων, τοῦτο δὲ πολλοὺς σοφιστὰς δόξῃ καὶ μαθηταῖς ἐπαιρομένους sq.

9) Quae sophisticam artem sapiunt non enumerari possunt; quantum huc faciunt infra de eis agetur; ad artis poeticae studium referenda sunt praeclara illa de Sapphus amore ab ineptis iniquis vulgaris memoriae detrectationibus plane vacua (orat. XXIV 9); eiusdem generis nescio an sint quaedam de Homeri — quem semper in ore fert — deorum interpretatione a natura ducta stoica (de quibus inspiciatur huius opusculi part. II cap. V). Artem politicen quam sese docturum esse pollicetur eam intelligendam esse apparet, quae in excogitandis componendisque orationibus ante judices et in foro habendis versabatur; inprimis pro re quadam et contra eandem una in oratione dicere et docebant et ipsi consuerant (cf. Bruns mus. Rhen. n. ser. 43 p. 99) nec desunt apud Maximum id genus artificia sine dubio huc referenda (cf. XXI/XXII, XXIV 5. 6, XXXVI 2. 3. 5, XL 1).

uterque poscat a ratione quam solent in dissertationibus sequi admodum alienas; uno de philosopho agamus atque ita quidem, ut etiam hic omnia praetereamus quae neque ad fontes Maximi — si modo de fontibus apud hosce philosophiae quam vocant popularis sectatores fas est dicere — pertineant neque eorum habenda sint quae de philosophandi genere apud eum quaestioni de fontibus instituendae necessario praemittenda sunt. Diserte enim rursus pronuntio nec velle me nec posse de Maximi ejusque aetatis philosophia omnia hac dissertatiuncula conficere: hoc unum quidem opprobrium velim effugere, manca esse neque accurate confecta quae dixero. Ac plura ne de oratore quidem me nunc dicturum esse quam quae ad quaestionem illam de philosophandi genere necessariam faciant, non iam opus esse affirmare arbitror.

Pars I. De vita et scriptis Maximi.

I. Summae pulcritudinis fertilitatis summaeque montium vallium fluminum vicissitudinis regionibus finituma esse solent loca plana deserta, ubi omnia per humum serpunt ac ne ea quidem, quibus aut studium sese erigendi aut indoles a natura data est, ceterorum humilitatem propter huius sterilitatem excedere possunt. Plane huius modi est regio, in qua Maximum invenimus: fessus per secula humani generis genius non solum omnium formarum regularumque et in arte et in religione interitum non sentiente multitudine admisit, sed ne paucis iis quidem, qui sentiebant, vim dedit avertendi. Dionum Epictetorum Galenorum Favorinorum, illorum de fide et philosophia, horum de litteris studia laudabilia fuerunt sed irrita, cum neque ipsorum animi, insignes quidem in universa ieiunitate, tamen per se munere tam arduo infirmiores, viam invenirent, qua populi ducibus incedere opus erat, neque vulgus illud audientium eis a multitudine eorum qui non communi commodo sed sui ipsius servirent, discernendis operam daret. Quid igitur de Maximo dicamus homine omnium id genus ieiunissimo, cuius pleraque tam vilia atque plane sophistarum cum arte prolata sunt, ut a nostris omnino eorum habitus sit quibus summa philosophia ea erat, e philosophia petere, de quibus apte declamare totamque artem iactare possent; et re vera ipsi puto melius accideret, si sophistam eum aestimaremus; certe levitatem ei opprobrio habere non deberemus, si rei se dedisset quae neque ipsa seria habebatur neque magis ei cordi erat, quam unde sui ipsius quendam usum caperet. Sed non licet pro nostra opinione eum sophistis solum adnumerare, quamvis anxie vestigia eorum in iis quae habemus presserit; maiora illis non minus spectabat quam Dio atque ceteri id genus; et e vita eius efficitur eum quantum potuit quidem conatum

esse id quod sibi proposuit assequi. Scimus eum in Graecia vel Asia minore [1]) nova dicendi arte institutum ingens Romanorum imperium qua solebant via pervagatum esse [2]) atque hic illic declamationes habuisse plane e more aequalium nec finem nisi audientium delectationem persecutum nec non sollemni illo vulgi plausu, quem moveret, contentum [3]). Ab initio igitur orator intellegendus; tum autem nescio quo tempore nec qua de causa ad philosophiam adductus est; quamquam nil de hac re traditum invenitur tamen inde opus est colligi, quod quas Romam profectus ibi sese habiturum esse promisit, eas non forenses declamationes intellegi voluit sed scholas quarum seriem non legebant nisi qui *ἐν τοῖς καλουμένοις ἀκροατηρίοις ἐνσπόνδους λαβόντες μαθητὰς καὶ χειροηθεῖς ἑαυτοῖς* [4]) docere hos non delectare studebant; quod quidem ipsius quoque con-

---

1) De Graecia cogitavit Kaemmel l. c. p. 3. Quo tempore Maximus natus sit cum probabilitate quadam efficitur. Floruisse eum anno 152 p. Chr. n. Eusebius notavit in chronico. Vixit autem teste Suida (s. v.) usque ad Commodi imperium. Atqui ponimus aliquem florere intra tricesimum et quadragesimum annum; ineunte igitur Commodi imperio septuagesimum fere annum agebat; natus autem est anno circiter 120 p. Chr. n.

2) Itinera eum fecisse atque ex. gr. Celainas urbem Phrygiae haud exiguam — quam Dionem quoque adiisse scimus — visitasse e verbis ejus Φρύγες οἱ περὶ Κελαινὰς νεμόμενοι τιμῶσι ποταμοὺς δύο Μαρσύαν καὶ Μαίανδρον, εἶδον τοὺς ποταμοὺς sq. (8. 8) praeter unum Davisium — qui fabulam habuit quae ibi dixit — omnes viri docti collegerunt (Fabricius p. 518. Kaemmel p. 4. Zeller hist. phil. III 2. p. 203 adn. 1). Arabes et Paphios Lyciosque eum permigrasse e verbis quae ibidem leguntur puto sequitur. Sed enumerat quoque in orat. XXIIa (§ 6) loca, quae vidisse laus haberetur (ἀλλὰ τὸν μὲν ἐκ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Ἀσίαν πλέοντα ἵνα ἴδῃ τὴν Αἰγυπτίων γῆν καὶ τοῦ Νείλου τὰς ἐκβολὰς ἢ πυραμῖδας ὑψηλὰς . . μακαρίζομεν τῆς θέας. κἂν ἐπὶ τὸν Ἴστρον τις ἔλθῃ, κἂν τὸν Γάγγην ἴδῃ sq.) quorum possunt esse quae ipse visitavit; sed cavendum est ne vera habeantur quae cum rhetorica quadam affectatione dicta sunt.

3) Gloriatur ipse contemptione sua laudis et gloriae (7. 6. τί γὰρ ἐμοὶ ὄφελος τῶν πολλῶν λόγων . . ἔπαινοι; ἅλις τούτων ἔχω · δόξα; διακορής εἰμι τοῦ χρήματος quibuscum sis conferas Epicteti adversarium, quem dicit statim respondere ἐμοὶ τοῦ παρὰ τῶν πολλῶν ἐπαίνου τίς λόγος; III 23. 7) nec veri est simile artem eius, quam variam multamque fuisse multa in iis quae habemus docent, vulgo talibus obstupescenti non admirationi fuisse. Id autem momenti est eum ipsum sensisse plausum illum acclamationesque populi nil valere atque ἅμα τῆς ἀκοῆς (ut Plutarchus dixit) voluptatem furoremque audientium citius quam exorta essent evanescere.

4) Verba sunt Dionis (in orat. XXXII par. 8).

silium esse certis verbis pronuntiat [5]). Voluit igitur sicut philosophiae illi professores quorum Plutarchus fuit doctrinae cuiusdam praecepta cum discipulis suis communicare; atque exspectares eum cum Platonem in omnibus sese sequi professus sit cum Plutarcho comparari posse, sed ex verbis eius, de quibus res est apparet quoddam eloquentiae cum philosophia arte coniungendae studium [6]) et accedit septimae illius orationis prima pars integra eo consilio habita ut a loquacitatis inconstantiaeque opprobrio rhetoricam suam philosophandi rationem defenderet [7]); sentiebat igitur, quam difficile esset, de omnibus rebus loqui paratum sophistae speciem effugere; attamen vi verborum et pulcritudine ad eam opus esse sibi persuasit ac ne conabatur quidem a philosophico sermone declamationem oratoriam semovere. Has igitur eorum partes agit qui teste Epicteto *ἀνεγίνωσκον καὶ διελέγοντο ἐπιδεικτικῶς*, quorum ille unum Maximo adeo similem descripsit (III 23), ut nisi propter temporum rationem vetitum esset ipsum hunc peti crederes. Sed tertium accedit ab horum studiis alienum: praeter philosophiam cogitationes rationesque complexam, cuius interpretem se gerebat, etiam activam (si dicere licet) illam quam magistram vitae tum putabant non solum novit sed etiam propagare sibi proposuit; quin in adhortatione eius nonnisi de hac agitur [8]); est igitur consentaneum ipsa hac exercenda iterum atque iterum ad declamandum reductum esse; minime enim ab ea re, quam praedicare nominamus, ars dicendi abesse solet; immo

---

5) τὸ δὲ ἐν φιλοσοφίᾳ κεφάλαιον καὶ ἡ ἐπ' αὐτὸ ὁδὸς δεῖται διδασκάλου τὰς τῶν νέων ψυχὰς ξυνεπαίροντος καὶ διαπαιδαγωγοῦντος αὐτῶν τὰς φιλοτιμίας (7. 8).

6) οἰκονομεῖ δὲ . . ψυχὴν ἀνδρὸς λόγος οὐκ ἀργὸς οὐδὲ ῥυπῶν οὐδὲ ἠμελημένος, ἀλλὰ ἀνακεκραμένος ἤθει καὶ πάθει καὶ μὴ παρέχων σχολὴν τοῖς ἀκροωμένοις τὰς φωνὰς ἐξετάξειν καὶ τὰς ἐν αὐταῖς ἡδονὰς ἀλλ' ἀνίστασθαι προσαναγκάζων (cod. προσαναγκάζει) καὶ συνενθουσιᾶν ὥσπερ ὑπὸ σάλπιγγι (7. 8 cf. 31. 6 χρὴ γενέσθαι τὸν τῷ φιλοσόφῳ λόγῳ συνανιστάμενον ῥήτορα ἀληθῆ οὐκ ἀργὸν οὐδὲ ἐκλελυμένον . . λόγων μεστὸς (scil. orator) ἀκολακεύτων καὶ ἠσκημένων ὑγιῶς καὶ δυναμένων ἄγειν πειθοῖ καὶ βίᾳ ἐκπληκτικῇ τὸ πλησιάζον πᾶν.

7) De imagine cynica qua hic usus est Maximus, et interpretatione quam ei supposuit vide sis partis II c. VI hujus opusculi.

8) cf. τοῦτο καὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ ὁ τῶν φιλοσόφων δύναται λόγος ξυναρμοζόμενος τοῖς πάθεσι καὶ πεπαίνων μὲν τὰ σκυθρωπά, συνευφημῶν δὲ τοῖς φαιδροτέροις 7. 2; τῷ φιλοσόφου λόγῳ οὐδεὶς ἀποτέτμηται καιρὸς ἴδιος ἀλλὰ συμπέφυκεν ἀτεχνῶς τῷ βίῳ καὶ ἀνακέκραται 7. 3; cf. verba quae in adn. quinta citavi.

a nostris praedicatoribus cotidie fere omnia ea artificia audire possumus, quae inter sophistas illos trita atque usitata erant. Hoc igitur nomine Dioni est similis [9]) quocum etiam vitae quadam similitudine conferri potest: e sophistarum ordine etiam hic egressus populari quam vocant philosophiae se dedit; attamen a publice loquendi consuetudine non recessit, etiamsi nimias inanesque sophistarum argutias eodem modo spernebat, quo Maximus eas amabat.

Quattuor igitur sunt studiorum genera in quae animus eum ferebat, quorum duo in arte quadam exercenda constant, duo doctrinam potius eruditionemque postulant; oppositaque sunt inter se ab altera parte docentis dicentisque ab altera praedicantis sophistaeque munera; quorum ne duobus quidem tanta similitudo est, ut una eadem oratione aliquem utroque fungi posse crederes; cum Maximus autem in una quaque fere sophistam simul et doctorem philosophiae praedicantemque se gerere posse sibi persuaserit, primum opus est quaerere, quomodo haec inter se coniunxerit, ut aliud ab alio secernere separatimque quodque aestimare possimus.

II. Excepta illa septima quam publice habitam esse iam vidimus, ceterarum quadraginta quas habemus Maximi orationum forum adhuc incertum est. Unum illud primo obtutu apparet etiam has orationes fuisse re vera habitas; ipse eas et *λόγους* semper appellavit [1]) et plane ad rhetoricas regulas plerasque composuit [2]) neque raro de una eadem re locutus eam altera confirmavit altera negavit, id quod rhetorum tum fuit artificium tritissimum. Sed geminatas hasce [3]) in biduum distribuebat (ut ipsius verba *τί κωλύει δὴ καὶ ἀναμαχέσασθαι τήμερον* 27. 3 indicant [4]) atque spretis quidem omnibus promissis quibus

---

9) Quocum propter ipsam hanc similitudinem Maximum iam composuerunt Fabricius bibl. V p. 515, de Wilamowitz philol. untersuch. IV p. 313.

1) cf. ἐπεὶ ὁ λόγος οὐκ οἶδ' ὅπως εἰκόνος θαλαττίας ἐπελάβετο 1. 3 ἐπανάγωμεν δὲ αὖθις ἐπὶ τὸν λόγον 1. 4 ἐπεχείρει ἐχθὲς λόγος τις παρελθὼν πείθειν 2. 1 καὶ δὴ φέρων με ὁ λόγος εἰς παράδειγμα 13. 6. ἵνα σοι προτέλεια γένηται ταῦτα τοῦ μέλλοντος λόγου 14. 7 ἥκει τοίνυν ἡμᾶς ὁ λόγος φέρων ἐπὶ τὸ ζητούμενον 16. 6. καὶ ὁ μὲν μῦθος ὡδὶ τελευτᾷ· μεταβαλὼν δὲ ὁ λόγος πρὸς αὑτὸν σκοπείτω 20. 2 alia quae omnia enumerare longum est.

2) cf. partis huius cap. IV.

3) sunt hae orationes 1/2, 3/4, 14/15, 21/22, 24/25, 26/27, 29/30, 39/40.

4) cui accedit alter. locus probabili Heinsii coniectura emendatus ἐπεχείρει

sophistae auditores movere studebant ut altero quoque die *τὸ ἀκροατήριον* frequentarent: a foro igitur deducimur; auditorium ei erat quod non opus habebat curare ne deesset. Neque vero pro et contra dicendi artem iactare in omnibus hisce geminatis studuit; nonnullas quidem scite ita conclusit ut auditores plura audiendi cupidos relinqueret, quippe qui rem iam non confectam esse sentirent [5]), et sophisticam artem hae sane sapiunt; sed sunt quoque ubi materiam in altera institutam nec tamen absolutam in altera demum confecit uno diligentius docendi studio ductus [6]); alia igitur distribuendi causa erat. Accedit ceterarum singulas subito abruptas inveniri neque ad finem, quo solebat concludere, productas [7]), alias conclusionis formula iam

---

ἐχθὲς (cod. ἐχθρὸς) λόγος τις παρελθὼν πείθειν ἡμᾶς (2. 1) et firmans illum et ipse eo firmatus.

5) Talis est in oratione vicesima prima et secunda. Proposuit sibi demonstrare, philosophum non prorsus ab agendo abhorrere debere — esse enim virtutem οὐ λόγον ἀλλ' ἔργον καὶ πρᾶξιν ἐν κοινωνίᾳ καὶ χρῆσιν βίου πολιτικήν —; cujus rei id quoque argumentum adfert, inter maleficos bono non semper licere nil agere; etiam Socratem inertia salutem suam prodidisse. Quod cum ironice diceret, auditores ejus sentiebant, non omnia sua Maximum jam protulisse; quo modo enim putarent, serio eum Socratem derisisse, quem sicut omnes, qui popularem q. d. philosophiam profitebantur, inter philosophiae suae heroas principesque habebat? Immo, statim intellegebant, Maximum postero die contrarium probaturum esse et expectantes discesserunt, quemadmodum his praemissis rem ad finem perducturus esset. Plane similis res est in orationis XXXIX[ae] fine (§ 5) παράβαλλε τοῖς ἀνταγωνισταῖς τὸν Σωκράτην ἐν κτήσει ἀγαθῶν· οὐχ ὁρᾶς ἡττώμενον ἐν πλούτῳ Καλλίου, ἐν σώματι Ἀλκιβιάδου . . μάτην ἄρα αὐτῷ ὁ Ἀπόλλων τὰ νικητήρια ἔδωκε, μάτην ἐπεψηφίσατο.

6) De daemonibus multa habuit, quae cum auditoribus communicare cupiebat (ipse enim credebat daemones esse), altera igitur in oratione (quartam decimam dico) a Socratis genio exorsus de hoc et omnino de daemonibus ea exposuit quae praesto ei erant aut inter dicendum in mentem venerunt, quaeque ad argumenta e philosophia petita, quae in altera adferre in animo habuit, praepararent (cf. τίς ἡ τοῦ δαιμονίου φύσις. καὶ τοῦτο μέν σοι παρ' ἐμοῦ καὶ αὖθις λελέξεται. νῦν δὲ ἴθι . . ἵνα σοι καὶ προτέλεια γένηται τοῦ μέλλοντος λόγου 14. 7. Unius enim argumenti duas hasce orationes esse apparet; aptius autem iis inscribi censeo τίς ἡ τοῦ δαιμονίου φύσις quibus verbis Maximus ipse usus est.

7) Optimum huius rei exemplum oratio quadragesima prima praebet. Agitur de animae equis non duobus quos Plato finxit, sed multis, ἀκολάστῳ quodam, θυμώδει, νωθεῖ, ἀνελευθέρῳ; quem si primum anima sequitur ἐπὶ ὕβρεις fertur, sin autem alterum τὸν θυμικὸν, ἐπὶ κακώσεις παντοδαπάς, hic explicit oratio repente abrupta, non imperfecta. Similes sunt 17, 20; 1, ubi pauca quidem verba perierunt,

posita rursus inceptas esse atque ita quidem ut neque Maximo id ab initio propositum neque ipsa re de qua agebatur postulatum fuisse facile sentias [8]). Certum igitur tempus ei praescriptum erat, quod eum hic mittere quae dicturus erat, illic plura quam in animo habuit proferre, illic materiam quippe datum temporis spatium egressuram in biduum differre iusserit. Sunt autem quibus sese commendavit quosque ipsos adlocutus est, adulescentuli [9]) idemque sunt, quos adhortatione sua — septimam illam eius orationem dico — commovit ut se ipsi instituendos traderent: apparet igitur, orationes eius scholas, quas cotidie in auditorio quodam conducto habuit, intellegendas esse. — At in schola, dices, non rhetorice loqui sed certa sermonis ratione quae *διατριβή* vocabatur a Bione inventa uti solebant; ex Epicteto quidem scimus eos qui philosophiam illam ad vitae necessariam, quam popularem nominamus, in scholis suis docebant, plerosque sic disseruisse, ut fictum quendam adversarium inducerent contra quem se verterent, quem sententiam sibi ipsis contrariam proferentem faciebant, quo fervidior faciliorque intellectu tamquam disputando oratio fieret. Certe, ac ne Maximo quidem haec dicendi ratio plane ignota erat, immo in una quaque oratione cum tali quodam adversario ei res est atque adeo hoc disserendi genere exercitatus erat, ut nusquam fere conaretur ab oratione rhetorice instituta formulas in dissertationibus usitatas abstinere. Sunt multa sane, ubi adversarium suum ea potissimum respondentem inducit quae quasi ab alio responderi sibi voluit, quo veriora videren-

---

sed certe non tam multa desunt ut imperfectam esse orationem eis qui ediderunt concedere oporteat.

8) Optime hoc apparet ex oratione duodecima. Res est de scientia (ἐπιστήμη) quam ἐθισμὸν ψυχῆς πρὸς ὁτιοῦν τῶν ἀνθρωπίνων ἔργων καὶ ἐπιτηδευμάτων esse definivit (12. 3). Hanc earum rerum quae διειλήχασι τὰς τῶν ἀνθρώπων δυνάμεις primam esse pronuntiat legis instar in urbe imperatricis; quam similitudinem multis verbis rhetoricae suae consuetudini indulgens explicat; atque re tamquam confecta figura qua solet usus exlamat τοιοῦτον ἡ ἐπιστήμη, τοιοῦτον ἡ ἀμαθία 12. 6. Sed non iam destitit, pergit ἐγὼ δὲ καὶ τοὺς Μίνω νόμους ἐπιστήμην καλῶ quae cum iis quae antecedunt, nullo modo cohaerent. Diserte enim antea non scriptas hominum leges sed τόν θεῖον νόμον ἄγραφον scientiam esse affirmavit. Videmus igitur septimam hanc paragraphum eum adiecisse, ut tempus produceret. Eadem res est in orat. IV § 8.

9) παρελήλυθεν εἰς ὑμᾶς, ὦ νέοι, παρασκευὴ λόγων eius verba sunt in orat. VII 7.

tur quae inde concluderet[10]), multa, ubi omnium hominum loco unum eum praedicantium modo admonet, dehortatur, increpat[11]), permultae denique permissionis cuiusdam rhetoricae formulae, quibus auditores suos unius instar adloquitur, interrogat, verba iis supposita corrigit, in quibusdam concedit[12]); quae omnia sermonis quo Epictetus utebatur admonent simillimi quidem, si unum illud detraxeris, Epictetum haud raro a rebus in vita aut ipsius aut comitum revera gestis aut e quaestionibus quales unus alterve discendi cupidus ad eum aggressus posuit, exordium sumpsisse[13]), Maximum autem plerisque rhetoricum prooemium praemisisse, a quo in tractationem transitum quaerere haud raro ei opus erat. Sed etiam aliae iis intermixtae sunt formulae, quae illius similitudinem prorsus excedant, eas dico, ubi una cum discipulis rem tractare videtur velut *θεασώμεθα οὑτωσὶ θεασώμεθα, σκοπῶμεν, ὡδὶ λέγωμεν, ἐξετάζωμεν, εἰκάζωμεν, ἐρώμεθα, σκεψώμεθα, μὴ ἀφῶμεν (τὸν λόγον) ἀπελθεῖν ἡμῖν, ἐπανάγωμεν ἐπὶ τὸν λόγον, τὸν . . . ἐῶμεν καὶ μετίωμεν . . ., ἀντιθῶμεν, μεταβάντες αὖ*

10) cf. καλεῖς τι ὑγείαν σώματος; τί δὲ οὐ μέλλεις; καλεῖς δὲ καὶ νόσον; et postea τί τοίνυν ἀγαθὸν σωμάτων; ὑγεία· κακόν; νόσος· ἓν μὲν ἡ ὑγεία, πολλαὶ δὲ αἱ νόσοι· τί ἐν μουσικῇ τὸ ἀγαθόν; ἁρμονία sq. 39 2. φέρε ἴδω μετὰ σοῦ, εἰ μὴ ἐν δέοντι (scil. ὁ χείρων ἦλθε ἐπὶ τὸν λόγον), εἰπὲ γάρ (cod. εἴπερ γάρ) μοι· καλεῖς τι ὀδύνην σώματος; καλεῖς μέντοι. Αὕτη τοίνυν sq. 34. 2 καλῶς· ἔχε ἀτρέμας· οὐ γὰρ ἀτόπως ὑφηγῇ, οὐδὲ ἀτέχνως, μὰ Δία· ἐγὼ δέ σου τὴν μὲν τέχνην ἐπαινῶ, τὸ δὲ κεφάλαιον αὐτῆς φέρε ἴδω τί καὶ λέγεις. Κεραμεὺς φῂς κεραμεύειν μανθάνει . . ἐγὼ δέ σοι ταυτὶ μὲν δίδωμι . . . καλεῖς τινα τέχνην ἰατρικήν; τί οὖν; ἄλλο τι εἶναι ἡγεῖ τὴν ἀρετὴν ἢ ψυχῆς ὑγείαν; sq. κἂν καλῇς τι τούτων τέχνην . . οὕτω μοι δοκεῖς καλεῖν . . . τέχνην τοίνυν ἄλλο τι ἡγεῖ ἢ λόγον sq. 33. 2. 4.

11) Apparet hoc ex orat. 41 § 3, ἢ οὐχ ὁρᾶτε ὅσα τὰ δεινὰ εἰς τὰς ἀνθρωπίνας κῆρας ἐμπεπτωκότα περὶ γῆν στρέφεται; et paulo post malis illis enumeratis pergit ὁρᾷς τὸν δρόμον καὶ τὴν διαδοχὴν τῶν κακῶν, ubi primo omnes auditores i. e. homines tum unum illum adversarium eorum loco adloquitur; cf. 11. 7. τί τοίνυν ἐστὶν ὑπὲρ ὅτου καὶ εὔξαιτο ἄν τις τοῖς θεοῖς; χρήματα αἰτεῖς; μὴ ἐνόχλει θεῷ οὐδὲν αἰτεῖς τῶν καλῶν . . . χρηστὸς εἶ; μετάθου τὸν τρόπον . . νίκην αἰτεῖς; ἣν δύνασαι λαβεῖν . . . ἐμπορίαν αἰτεῖς; sq.

12) μήπω με τοῦτο ἔρῃ, ἔρου δή με, ἔχε δὴ αὐτόθι μὴ ἀποκρινώμεθά σοι ποικίλον, μὴ μ᾽ οἰηθῇς . . ἥξειν, ἔτ᾽ οὖν ποθεῖς σκέψασθαι, εἰ δὲ βούλει, οὐχ ὁρᾷς, ἐὰν δὲ μεταθῇς, λέξεις, εἰ δ᾽ ἀφέλοις alia quae passim inveniuntur quaeque longum est enumerare.

13) cf. Epictet. diss. I 26, II 14, III 1. 47 alterius, I 11. 13. 14. 15, II 24. 25, III 6. 9. 22 alterius rei exempla.

σκοπῶμεν aliae, quae non iam sub dissertationis speciem cadunt sed potius in orationibus inveniuntur quae a Platonicis illius aetatis aut Platonicorum more in scholis habebantur; et sunt inter Plutarchi scripta duo illae de Alexandri sive fortuna sive virtute orationes quae non solum in eo quod in biduum distributae sunt [14]), sed etiam quod ad formulas illas cum Maximo plane congruunt [15]). Quam quidem dicendi rationem cum illa in dissertationibus usitata haud raro coniunctam nec non per omnia artis oratoriae genera magis magisque diffusam esse scimus; cuius rei aptum praebent exemplum orationes illae Plutarcheae, quas supra commemoravi, multis nominibus Maximi simillimae [16]); neque igitur opus est propter duo haec figurarum genera

---

14) Sequitur e verbis διέφυγεν ἡμᾶς ὡς ἔοικε χθὲς εἰπεῖν de Alex. fort. II 1.

15) cf. δεύτερον δὲ ἴδωμεν de fort. Alex. I 9 παραθῶμεν τὰ τῶν φιλοσόφων I 2 εἴπωμεν II 4 τί οὖν; ἐάσωμεν τὴν τύχην . . . ἅψασθαι II 3 ἆρα οὐκ ἂν εἴποιμεν II 12 accedunt ex aliis Plutarcheis orationibus hic illic huius generis figurae velut βούλεσθε πυθώμεθα de virt. Rom. 3 φέρε ἐάσαντες . . . ἐπὶ τοὺς . . . πολέμους . . . τὸν λόγον μεταγάγωμεν ib. 11 ζητῶμεν de inv. et od. 1 ἔτι τοίνυν καὶ μᾶλλον οὕπως . . . σκοπῶμεν ib. 7 ἤδη τοίνυν σκοπῶμεν ib. 8 συγκρίνωμεν διαιροῦντες δεόντως anim. an corp. 1 βούλεσθε εἰσάγωμεν de Glor. Athen. 6.

16) cf. εἰ βούλει σκόπει I 5 (εἰ δὲ βούλει σκέψαι Max. 17. 7 ε. δ. β. θέασαι, 15. 4 ε. δ. β. εἴκαζε 16 6, 17. 9) πρόςγραψον εἰ βούλει II 7 (εἰ δὲ βούλει ἄφελε τὴν δυσφημίαν Max. 5. 4) βούλει μαθεῖν; II 8 (βούλει τοίνυν πυθέσθαι Max. 14. 6 cf. 30. 3, 20. 3, 24. 2, 38. 4) ἂν ἐπιβλέπῃς II 8 (κἂν ἐπίῃς Max. 6. 5 κἂν ἐπὶ . . . ἴῃς 10. 9, 32. 8 cf. similes figurae velut κἂν ἐπιτιθῇς 3. 4, ἐὰν μεταθῇς τὴν τάξιν 4. 3, 23. 2, 27. 5, 33. 7, 35. 7, κἂν ὑπαλλάξῃς 3. 7, 26. 5 quibus accedit tritissimum illud ἂν ἀφέλῃς, εἰ δ᾽ ἀφέλοις, ἂν δὲ ἐξέλῃς Max. 3. 6, 11. 8, 15. 1, 21. 5, 26. 8, 30. 1, 31. 5, 38. 6 quocum cf. de Alex. fort. I 9 τῶν δ᾽ Ἀλεξάνδρου φωνῶν ἂν ἀφέλῃς τὸ διάδημα . . .) cf. eadem figura per imperativum expressa ἄφελε τὴν ἀρετὴν . . καὶ πανταχοῦ μικρός ἐστι de fort. Alex. II 4 (cf. ἄνελε . . . καὶ ἀνῄρηται de glor. Athen. 1) Max. 4. 8, 26. 7. Sed aliae quoque haud paucae figurae dicendi Maximo cum iis communes sunt ita ut utrumque eiusdem artis sophisticae discipulum fuisse sentias; cf. inprimis exclamationes ironicae velut ὦ θαυμαστῆς φιλοσοφίας de fort. Alex. II 7, Max. 3. 4, 4. 4, 8. 9, 9. 4, 12. 4, 18. 8, 24. 4, 26. 7, 26. 8, 29. 7, 30. 6, 35. 6, apostrophae ironicae εὖγε ὦ τυχή de fort. Alex. II 10 εὖγε ὦ ποιηταί Max. 4. 8, cf. quoque εὖγε ὦ Δυκοῦργε 3. 10, figurae in quibus praemissa semper voce ἐγὼ orator efficere vult, ut ad ipsius sententiam tamquam graviorem quodammodo auditores praecipue animum advertant ἐγὼ δὲ . . ὁρῶ, οἶμαι, ἀξιῶ, καλῶ, ζηλῶ Max. 3. 6, 5. 3, 12. 7, 19. 3, de fort. Alex. I 7 (cf. Max. 10. 5, 12. 1, 40. 6 al.), ἐγὼ δὲ καὶ ἀπιστῶ, τίθημι al. de fort. Rom. 13 Max. 1. 4, 5. 4 al. ἐγὼ γὰρ τίθημι de fort. Rom. 7 Max. 8. 5 al. quibus apud Maximum adtribuendae sunt illae ἐπιτολμήσαιμι δ᾽ ἂν ἔγωγε εἰπεῖν vel similes 3. 9, 7. 8, 13. 5, 18. 9, 32. 3, praeterea figurae velut

varia eius auditoria fuisse credere. Quod ad efficiendum magis idoneae videntur permultae argutiae artificiaque rhetorica quae passim inveniuntur; neque enim facile quemquam putaveris simul et declamare artemque dicendi ostentare et praecepta philosophica concise dilucideque exponere posse. Attamen nulla fere oratio est, quam Maximus non apostrophis sermocinationibus dubitationibus interrogationibus iterationibus exclamationibus polysyndetis assyndetis antithetis aliisque dicendi figuris exornaverit; adeoque omnes haece ei familiares erant, adeo saepe eas repetivit, ut capessivisse quidem philosophiam haud secus ac Dionem, sed a sophistarum arte nihilominus sese abdicare voluisse dicendum sit. Potuit certe; per septimam enim et ceterarum paucas ostendit, quid praestaret, si operam consumebat certumque finem consequi sibi proposuit. Est quidem ceterarum quoque certum consilium ac ratio neque prorsus temere eas habuit; attamen negligentia quaedam atque levitas ad quam delabi solent, qui cotidie apud tirones de materia ipsis longa consuetudine familiarissima loquuntur, effecit, ut Maximus ea de quibus adulescentulis suis diceret non tam diligenter curaret ac si publice loqueretur atque ubi ipsam hanc ob rem sententiae eum defecerunt, verborum illis argutiis quas e rhetorica institutione adhibere consuerat, usus ad praescriptum ei tempus sua produceret. Quaecumque res est, in eo omnes inter se congruunt: mira uniuscuiuscumque est species omnia complexae; dissertationis figurae scholasticae ubique per orationes ad legem rhetoricam e prooemio tractatione conclusione compositas dispersae, philosophae rationes sententiaeque conciso genere dicendi pronuntiatae arte cum argutiis coniunctae quales e publice loqui solito, non philosophiae aut interprete aut praeceptore exspectaveris; artificia levia ridicula ex ore praedicantis quod munus quam arduum grave divinum sit, ipse semper magna voce clamitabat [17]); neque ulla est

---

τὸ δὲ ὅλον de fort. Alex. II 13 Max. 6. 6, 21. 6 εἶεν de fort. Alex. I 11 Max. 6. 2, 12. 3, 14. 4, 15. 4, 18. 3, 21. 4, 24. 4, 27. 4, 30. 2, τίνι ἄν τις εἰκάσειεν (εἰκάσαιμι) de fort. Al. II 13 Max. 4. 7 τί δὲ τούτων ἀτοπώτερον de fort. Rom. 8 Max. 2. 3 λόγος με ἔπεισι de fort. Rom. 8 (cf. ὑπῆλθέ με λέγοντα Max. 34. 3), ἔξεστι δὲ οὕτω θεωρεῖν de fort. Rom. 10 (ἔξεστι δὲ ὧδε Max. 23. 3) τί δεῖ μηκύνειν de virt. Rom. 1 Max. 37. 7. cf. Plut. anim. an corp. § 4 de virt. Rom. 13 Max. 3. 10, 8. 10, 21. 9.

17) Quam multum hoc ad recte aestimandum eum intersit inde intellegitur

quam eximere possis ut quae alio in auditorio aut alia in urbe habita sit; Romae autem scholas suas habuisse praeterquam quod eo firmatur quod e more rhetorum unius Romae nusquam mentionem fecit [18]), insuper optimi codicis [19]) inscriptione extra dubitandi aleam ponitur.

---

quod iudicia quam maxime inter se contraria a viris doctis lata sunt omnem eius indolem cepisse sibi visis, cum de singulis tantum virtutibus verba facerent. Sic alius de sophista eo loquitur alius de philosopho, stili elegantia laudatur in libro cui inscribitur Pauly's realencycl. (IV p. 1676) stili pravitatem obiurgavit Volkmann (rhet. p. 484) Christ (gr. litt. gesch. p. 514 cf. Nicolai l. s.). Disputandi subtilitatem agnoscendam putavit Bernhardy (gr. litt. gesch. I 660) sententiarum gravitatem iudagasse sibi visus est Kaemmel (l. s. Nicolai l. s.) philosophiae gravitatem admiratus est Champagny, levitatem eius et simulatum ἐνθουσιασμόν aspernatus est Boeckhius cet. Unus Rohdichius de „duobus eius personis quasi in una coniunctis“ locutus est (l. s. p. 2) cuius dissertationis ceterum hoc unum laude dignum mihi videtur.

18) E verbis κηρύττομαι τότε ἐν Πανέλλησι (7. 6) primus Davisius collegit aut partem orationum aut hanc unam saltem in Graecia habitam esse; Dammius (des M. T. phil. reden a. d. griech. übersetzt, Berlin 1749 p. 9) ad Athenas eam transtulit; etiam Zellerus alii sic putant; sed scimus hodie rhetores Graeca semper in ore ferre consuevisse; neque facile cuivis persuaseris verba velut τιθεὶς νόμους οὐ στέφανον οὐδὲ εἰκόνας τὰς Ἑλληνικὰς φλυαρίας δωρεῖται (scil. Platon, 24. 4) ad Graecos auditores dicta esse.

19) Inscriptiones orationum quamquam non ipsius Maximi — nam ubi ipse diserte argumentum posuit plerumque alia id fecit forma adhibita (cf. 6. 6, 8. 9, 9. 3, 10. 7, 12. 1, 17. 2, 20. 3, 34. 1, 36. 6, 38. 4, 40. 4), multae autem certe non una a Maximo habitae orationes sub unum titulum comprehensae sunt 1/2, 3/4, 24/27 de quibus inspiciatur Heinsius (not. et emend. ad M. Tyr. Lugd. Bat. 1614 p. 125) — tamen antiquae sunt — ad nonae inscriptionem εἰ καλῶς ἐποίησε Σωκράτης μὴ ἀπολογησάμενος certe Suidas allusit s. v. (ἔγραψε) εἰ καλῶς Σωκράτης οὐκ ἀπελογήσατο — ob eamque rem etiam ordo antiquus — Eudociae q. d. verba ἔγραψε πολλοὺς φιλοσοφικοὺς λόγους ὧν πρῶτος τίς ὁ θεὸς κατὰ Πλάτωνα ad recentioris cuiusdam codicis ordinem redire non opus est probare — sed duo exstiterunt orationum corpora, alterum priorum sex seriem continens; quas solas etiam cod. Vindobonensis (de quo vide Davisium praef. Reisk. ed. p. XII) exhibet; alterum omnes XLI; nam etsi re vera XXXV tantum in secunda serie orationum exstant tamen numeratae sunt inde ab α' usque ad μα' deficientibus post undetricesimam sex numeris (λ'—λζ') qua ex lacuna sequitur in unum manuscriptum duo illa corpora ab editore quodam collata atque praesumptas ex altero sex illas ubi in altero suum obtinebant locum omissas esse. Quo in corpore autem eam quam primam legimus inscriptionem editor invenerit, item e codice Regio efficitur. Est enim teste Dübnero (praef. ad ed. suam Paris Did. 1872 p. IX) inscriptio M. T. Πλατωνικοῦ φιλοσόφου τῶν ἐν Ῥώμῃ διαλέξεων τῆς πρώτης ἐπιδημίας α' et sequitur M. T. φιλοσοφούμενα. λόγοι μ'

1		
|		
6		
7	=	α'
|		|
35		κθ'
36		λζ'
|		|
41		μα'

III. Iam cum apud quos verba fecerit appareat, nunc quo modo locutus sit videamus. Atque illud quidem statim conjicere possumus, cum artes suas adulescentulis Romanis commendaret atque *παρασκευὴν λόγων*, quam dicit, ad eos venisse proclamaret, de iis quae — quodcumque iubebatur — dicturus erat iam diu ei constitisse, i. e. sophistarum more, quibus summum erat *σὺν εὐροίᾳ σχεδιάσαι*, doctrinarum apparatum secum tulisse, ne interrogatus obmutesceret, quod periculum ante omnia philosopho vitandum esse ipse postulavit [1]). At re vera favent huic coniecturae multa e quibus *παρασκευῆς* cuiusdam species vestigiis. quidem elucet. Nam quomodo arbitraris explicandum esse cum singula verba in certam formulam constricta sive integra sive ex parte eadem adhibuit atque ita quidem ut alia alibi iterata esse non debeamus concludere quippe quae non tam de iisdem quam de variis rebus adhibita sint velut *μάστιγες αὗται καὶ πληγαὶ Λακωνικαὶ καὶ θῆραι καὶ δρόμοι* de Lacedaemoniis 3. 10 unde priorem partem in alium conexum transtulit (*μάστιγες αὗται καὶ πληγαὶ Λακωνικαὶ καὶ ἔθη κακῶν ταῖς ἀρεταῖς ἀναμιγνύμενα* 5. 9) posteriorem et per se adhibuit *θήραις καὶ ὀρειβασίαις καὶ δρόμοις* 34. 1 et cum iis quae de Cretensibus dixit conmiscuit (*παιδεύματα Κρητικὰ θῆραι καὶ ὀρειβασίαι καὶ δρόμοι* sq. 23. 2) utrumque autem aliis verbis circumscripsit *μαστιγούμενον καὶ τυπτόμενον καὶ ἐν θήραις καὶ ὀρειβασίαις*. iterum de Lacedaemoniis 29. 2 [2]). Quomodo et illud certam speciem atque eandem quidem sententias quasdam locis ceterum diversis praebere velut:

---

in septima suprascriptum. Divisio igitur non inter sex illas nescio qua de causa electas et XXXV nullo nomine ab iis diversas sed inter unam illam — nunc septimam, sex illis autem prioribus in suum locum (inde a 29 ad 35) repositis, primam — solam publice habitam et quadraginta ceteras in schola habitas proposito et argumento inter se coniunctas ab illa prorsus diversas genuina per negligentiam editoris feliciter servata est. Hinc sequitur inscriptionem illam qua nonnullas Romae habitas esse efficitur ad omnes referendam esse.

1) cf. 7. 2. τὸν τῇ μούσῃ ταύτῃ (scil. φιλοσοφίᾳ) κάτοχον ἄνδρα ἡρμόσθαι δεῖ πολυφώνως τε καὶ πολυτρόπως . . . μηδέποτε ὑπ᾽ ἀφωνίας ἐκπληττόμενον.

2) Eiusdem generis sunt ὡς αὐλήματα ὡς κιθαρίσματα de Homeri carminibus ad voluptatem tantum aestimatis 23. 5, 32. 7 de philosopho 7. 6 — frustulum illud βαδιστικὸν μὲν τῇ φύσει de homine 8. 3 de corpore 16. 9 — Iovis quem ἄρρητον φωνῇ καὶ ἀόρατον ὀφθαλμοῖς bis nominat 8. 10, 17. 9 hic νοῦς illic ἐνέργεια ἀκοίμητος καὶ ἄτρυτος καὶ ἀμηχάνῳ τάχει χρώμενος 41. 2, 21. 6 — περιιέναι (τὴν πόλιν) καὶ ἐντυγχάνειν πάσαις ἀνδρῶν καὶ τύχαις καὶ τέχναις καὶ ἐπιτηδεύμασι de Socrate 9. 7 de daemonibus 15. 6 — anima hic corpori oboediens

16. 9

ἐπειδὰν δὲ ἀπαλλαγῇ ἡ ψυχὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε ὥσπερ ἐκ τῆς Κιμμερίων γῆς ἐπὶ λαμπρὸν αἰθέρα ἐξελθοῦσα, ἐλευθέρα μὲν γενομένη σαρκῶν, ἐλευθέρα δὲ ἐπιθυμιῶν . . . . τότε διορᾷ καὶ λογίζεται τὰ ἀληθῆ αὐτὰ . . . καὶ μέμνηται μὲν ἀληθῶς τότε, ἀναμιμνήσκεται δὲ νῦν καὶ θαρσεῖ μὲν τότε, σφάλλεται δὲ νῦν sq.

15. 6

ἐπειδὰν γὰρ ἀπαλλαγῇ ψυχὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε (cf. paulo ante ὥσπερ ἐκ βαρβάρων εἰς Ἕλληνας) ἀποδυσαμένη τὸ σῶμα καὶ καταλιποῦσα αὐτὸ τῇ γῇ φθαρησόμενον τῷ αὑτοῦ χρόνῳ καὶ νόμῳ δαίμων ἀντ' ἀνθρώπου, ἐποπτεύει μὲν αὐτὴ τὰ οἰκεῖα θεάματα καθαροῖς τοῖς οφθαλμοῖς sq.

hic de daemone illic de animae recordatione usurpata;

2. 4

ὥσπερ οὖν τῷ ἵππων γένει συγκεκλήρωται πρὸς σωτηρίαν δρόμος καὶ τῷ βοῶν πόνοι καὶ ὄρνισι πτερὰ καὶ λέουσιν ἀλκὴ καὶ ἄλλοις ἄλλο τι, οὕτως ἀμέλει καὶ ἀνθρώπῳ ὑπάρχει δύναμις ξυμφυὴς διασωστικὴ . . . παντοδαπὴ γὰρ ἡ φύσις καὶ διὰ τοῦτο περιέβαλε καὶ διεκόσμησε τὰ ζῷα ἕκαστα ἐπὶ σωτηρίᾳ βίου . . τὸν δὲ ἄνθρωπον ἀπέφηνε γυμνὸν . . καὶ ῥώμην ἀσθενῆ καὶ θεῖν βράδιστον καὶ ἀνίπτασθαι ἀμήχανον καὶ νήχειν ἀμβλύτατον . . ἐνέφυσε δέ τι αὐτῷ ζώπυρον sq.

26. 6

ὥσπερ γὰρ ἄλλο ἄλλῳ ζῴῳ ἀλέξημα ἥκει παρὰ τῆς φύσεως . . ὑφ' οὗ σώζεται, λέουσιν ἀλκή, ἐλάφοις δρόμοι, θῆραι κυσὶ καὶ τῷ μὲν διερῷ γένει αἱ νήξεις, τῷ δὲ μεταρσίῳ αἱ πτήσεις . . ὧδε καὶ τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἄλλα ἐλαττουμένοις τῶν ἁπάντων (καὶ γὰρ ἀλκὴν ἀσθενέστατοι καὶ θεῖν βράδιστοι καὶ ἀνίπτασθαι ἀδύνατοι καὶ νήχειν ἀσθενεῖς καὶ φωλεύειν ἀμήχανοι) λόγον δὲ αὐτοῖς θεὸς ἔδωκε sq.

16. 5

ἢ τὰ μὲν ἄλλα ζῷα αὐτοδίδακτα πρὸς τὰ αὑτῶν ἔργα καὶ οὐδεὶς εἰπεῖν ἔχει διδασκάλους, οὐ λεόντων πρὸς ἀλκὴν οὐκ ἐλάφων πρὸς φυγὴν οὐχ ἵππων πρὸς δρόμον· ἀλλὰ καὶ ὀρνίθων γένος αὐτοδίδακτον . . . ἐμηχανήσαντο καλιάδας . . καὶ ἑρπετὰ φωλεοὺς καὶ ἰχθύες χηραμοὺς καὶ ὅσαι ἄλλαι τέχναι πρὸς σωτηρίαν ἑκάστῳ γένει ξύμφυτοι, ἀνθρώπῳ δὲ sq.

de animalibus et homine inter se comparatis [3])? Quomodo denique exempla similitudines versus Homericos Hesiodeos in eodem vel simili verborum sententiarumve conexu adhibita explica-

---

illic mens αἰσθήσεσι earum vocem necessario reddit (4. 8 cf. 33. 5, 13. 5 — 17. 7 cf. 37. 7) — ἀγορὰ πρόκειται, ὤνιον τὸ χρῆμα scilicet virtus 33. 9 ἐμπορία 11. 7 alia, ut de permultis dicendi formulis et rationibus semper repetitis (ut e. gr. αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τῶν μεθυόντων πάθος 13. 5, 16. 9, 33. 5 — μοῦσαι ᾄδουσαι 32. 2, 20. 6 — ἄκαρπος ἄγονος ἀνόνητος (ἄλογος) 5. 4, 17. 5, 21. 5 — τί γὰρ ἂν εἴη ὡραιότερον τοῦ ἡλίου 26. 8, 39. 4 — πρᾶγμα ἑστὸς καὶ ὡμολογημένον 7. 5, 10, 2, 12. 5 — πέλαγος πλατὺ καὶ ἄπειρον 1. 2, 37. 8) aliis prorsus taceam.

3) Alia sunt βοῦς ἀροῖ ἵππος ἀθλεύει· κἂν μεταθῇς τὰ ἔργα, παρανομεῖς πρὸς τὴν φύσιν de certa opera cuique animalium a natura data 29. 4, 2. 3 cf. 35. 7 — ἢ γὰρ οὐχ οὕτως ὁ δῆμος καὶ Κλέωνι συνεμαίνετο καὶ Ἀλκιβιάδῃ συνεφλέγετο . . καὶ δείκνυσι μὲν Ἀλκιβιάδης Σικελίαν, δείκνυσι δὲ Κλέων Σφακτηρίαν, καὶ ἄλλος

veris [4]), nisi unum fontem omnia haec ei suppeditasse concesseris, non quem iterum atque iterum exscripserit — neque enim haec ratio est libellum evolventis — sed apparatum omnis generis argumenta exempla artificia e scholis accepta certo ordine composita complexum memoriaeque infixum, ita ut de rebus aut iisdem aut similibus loquenti ei statim praesto essent quae cum scholas frequentaret huc spectantia in se receperat. Sed ecce tria quae omnem scrupulum eximant. Versus illos

ἔνϑ' οὐκ ἔστ' οὔτ' ἄρ' χειμὼν πολὺς οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
δεύεται . . . . ἀλλὰ μάλ' αἴϑρη
πέπταται ἀννέφελος· λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη

Homericos quidem, non tamen ab ipso auctore hac necessitudine coniunctos Maximus e duobus illius locis variis longe distantibus (*δ* 566 *ζ* 43) conflavit ut mare tranquillum *νήνεμον* describeret aeque ac ille uno quoque usus id fecerat (1. 4): eidem cum de veritatis regione e Platonis sententia loquenti ei iterum sensim subvenerint (17. 10), in mente eius iuxta sententias huius generis certum locum eos obtinuisse dicendum est. — Iam vero in orationis XXXVIII[ae] paragr. 7 de virtutis exemplis Ulixe Hercule multa elocutus summam facturus Bacchi quoque mentionem fecit (*οὕτως ἦν καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀγαϑὸς καὶ ⟨ὁ⟩ Διόνυσος καὶ ὁ Ὀδυσσεύς*) ne uno quidem verbo antea commemorati; erat autem etiam hic inter eiusdem rei exempla quae memoria

---

ἄλλην γῆν ἢ ϑάλασσαν 13. 4 cf. ὅταν Περικλῆς μὲν οἴχηται . . . ἐπιϑυμῇ δὲ Κλέων μὲν Σφακτηρίας . . . Ἀλκιβιάδης δὲ Σικελίας καὶ ἄλλος ἄλλης γῆς ἢ ϑαλάσσης . . . 33. 6 de anima plebis instar perturbata — conferantur inter se quae de Socrate eiusque et discipulis Phaedone Alcibiade Charmide aliis et magistris Diotima Aspasia hic de amore locutus (24. 4) illic de virtute non sine dei opera paranda (38. 4) tam similia exposuit ut ipsa verba non nulla redeant (e. gr. Socratis εἴτε εἰρωνεύματα εἴτε καὶ ἀνϑρίσματα) — ὁμου δὲ τῷ Διὸς νεύματι γῆ συνέστη . . . καὶ ϑάλασσα συνέστη . . . καὶ ἀὴρ συνέστη . . . καὶ οὔρανος συνέστη . . ταῦτα ἔργα τῶν Διὸς νευμάτων 41. 2 de Iovis operibus cf. αἰσϑάνομαι τῶν Διὸς νευμάτων· διὰ τούτων γῆ μένει καὶ ἀναχεῖται ϑάλασσα καὶ ἀὴρ διαῤῥεῖ . . . καὶ οὔρανος περιφέρεται . . . τῶν Διὸς νευμάτων καὶ sq. 10. 8.

4) cf. Diogenis cynici laudem his illustratam αὐτόν μιν πληγῇσι ἀεικελίῃσι δαμάσσας sq. 5. 9, 21. 9 — innatam hominis malitiam hisce αὐτῶν γὰρ σφετέρῃσι ἀτασϑαλίῃσι ὄλοντο 12. 6, 38. 7, 41. 4 — Homericos heroas ὁ Ἀχιλλεὺς διώκων ὁ Αἴας μένων (μονομαχῶν) ὁ Τεῦκρος τοξεύων sq. 13. 6, 29. 1 — ἀφίκετό ποτε Ἀϑήναζε Κρὴς ἀνὴρ ὄνομα Ἐπιμενίδης sq. 16. 1, 38. 3 — χρὴ στέψαντες ἐρίῳ τὸν ἄνδρα dimittere Homerum scil. 24. 5 Hippocratem 23. 4 alia.

tenebat (Hercules Bacchus 3. 7 Hercules Odysseus 5. 7, 21. 6): Hercule igitur et Ulixe hic commemoratis memoria etiam Bacchi ei excitata est, cum tribus illis unius eiusdem rei exemplis semel constitutis uti assuevisset. — Tertium illud accedit saepius apud eum inveniri quae eodem sive memoriae errore sive negligentia e scriptore, cuius erant, depravata protulerit (velut Critobulum non sicut Plato voluit Critiam Euthydemi fuisse amatorem 26. 8, 27. 3 alia); quod si eundem auctorem bis ipsum adiisset non in eundem errorem bis incidisse eum veri esset simile; immo luce clarius hinc apparet, tenuisse eum ea quae in memoriam semel recepit. Quaestio igitur est num hoc nomine prorsus sophista eo usque morem eorum secutus sit, ut ex auditorum arbitrio eligeret de quibus loqueretur. Quod quidem per se haud probabile: cui tum in animo erat popularem philosophiam propagare, certa ei argumenta de quibus loqueretur usu stabilita praescripta erant, et profecto Maximum videmus in universum de iisdem disserentem, de quibus omnes fere quorum notitiam habemus illius generis philosophi locuti sunt [5]); itaque de iis quidem argumentis quae ad philosophiam faciunt ipsum loqui sibi proposuisse apparet. Sunt autem non nullae orationes tam vani argumenti tam multis artificiis refertae, ut inexspectata de qua diceret re ab auditoribus posita perturbatum ad vile hoc effugium sese contulisse eum putares (cf. orat. 4. [23]. 28. 31. 35. 37. 40). Sed cum in omnibus his dispositionis quendam filum tenuerit neque verba usquam neque sententiae re vera defecerint, etsi ad rem probandam nil, ad eam explicandam autem haud minus facerent quam omnia illa quibus illustrare sua consuerit, mediocritatem hanc ex in-

---

5) περὶ ἀγαϑοῦ 38—40 cf. Epict. II 8, π. ἀλυπίας 34, Epict. III 4, Dio 16 Plutarch. (in Lampriae catalogo s. n. 163) π. ἀρετῆς 33, Dio 8. 69 Plut. Themist. (15 et π. ἀρετῆς) π. γεωργίας 29/30 Themist. 30 cf. Norden Fleck. ann. suppl. 18 π. δαιμόνων 15, Dio 25 (Platonici solebant quaerere τί δαιμόνιον Σωκράτους 14 Apul. Plut.) π. εἰρήνης καὶ πολέμου 29/30 Dio 22 πρὸς Επίκουρον Epict. II 23 Plut. (Lampr. cat. 149) cf. Max. 10 Himerius ecl. 3 π. ἐρωτικῆς Σωκράτους 24/25 Favorin. (Marres de Favorino Arelatensi p. 87) π. ἔρωτος 26/27 Plut. Lucian. Themist. 13 περὶ εὐχῆς 11 Favor. (Marres p. 86) π. ἡδονῆς Teles. Max. 1—4 π. κυνισμοῦ 36 Epict. III 22 Them. (π. ἀρετῆς) Julian 6/7 π. μαντικῆς 19 Epict. II 7 Plut. (Lampr. cat. 69) π. νόσων Max. 13 Epict. 3. 10 Plut. περὶ τοῦ καϑ᾽ Ὅμηρον αἱρέσεως 32, Favor. (M. p. 86) Plut. pers. de vit. et poes. Hom. Dio 55 π. περιστάσεων 5 Epict. I 24, III 20 Teles. π. φιλίας 6. 20 Plut. Epict. II 22 Themist. 22.

dole profectam non perturbationem esse eius de re quam praeparare non liceret dicere iussi apparet. Neque vero usquam gravia argumenta inveniuntur, unde auditorum iussu eum locutum esse probare possis; quae videntur autem accuratius cum perspexeris etiam aliam explicandi rationem ea eamque probabiliorem admittere intelliges. Sic in duabus dissertationibus (32 et 10) eandem fere materiam tractavit mutata tantum hypothesi rhetorica: alteram autem neque a prooemio quo solebat incepit neque accuratius omnino destinavit quasi iam nota essent auditoribus de quibus locuturus esset (*βούλομαι καθ' Ὅμηρον αὐτὸν παρακαλέσαι ἐπὶ τὸν λόγον* sq.); possis igitur coniicere auditores hanc, ipsum sibi illam proposuisse materiam. Attamen sponte utramque habuit; e verbis illis *βούλομαι καθ' Ὅμηρον αὐτὸν παρακαλέσαι ἐπὶ τὸν λόγον* nil sequitur; est enim figura rhetorica qua alibi quoque utitur (*βούλομαί σοι κατὰ τὴν τοῦ Λυδοῦ σοφίαν ποιῆσαι μῦθον* 36. 1); neque desunt inter orationes illas discrimina quaedam casu minus quam consilio ac ratione exorta: hic sub Homeri carminibus philosophiam latere, illic poetas de deis idem — si fabulas eorum recte intellexeris — atque philosophos sensisse demonstrat, quod cum similia quidem sed non eo usque congrua haec argumenta sint ut non quemvis moralis philosophiae sectatorem de utroque eundem sponte dixisse tuo iure putares, ne Maximum quidem ulla necessitate extrinsecus illata coactum de iis locutum esse apparet, praesertim cum Homerum optimum *ἀρετῆς κήρυκα* esse ipse sibi persuasisset eiusque versus semper in ore haberet. Neque id licet obiicere alteram alterius e memoria repetitae propter ea speciem prae se ferre quod argumentatio hic minus acuta quam illic est et rhetoricae *ἐπιδείξεως* vestigia in hac multa in illa nulla fere vel pauca inveniuntur. Talis enim omnino est Maximus: ubi ad moralis philosophiae similitudinem argumenta eligenti ei etiam materia de qua diceret illinc praesto erat, quo plura ex illa hauserit eo copiosior est; ubi de suo elegit de quibus disputaret et ipse ea disposuit, aegre plerumque quam instituit viam tenere potuit neque raro philosophum sese esse prorsus oblitus ad sophistarum artificia totus delapsus est [6]. —

---

6) cf. inprimis cum prima plane sophistica altera philosophis sententiis referta; tertia optima voluptatis defensio ex Epicureorum persona habita cum quarta

Neque in decima quae inveniuntur verba *μὴ τοίνυν ἔρη πότεροι κρεῖττον περὶ θεῶν διειλήφασι ποιηταὶ ἢ φιλόσοφοι* (§ 7) ad eum qui hoc posuerit quamquam videntur facta sunt: una haec est e dissertationum formulis atque saepius vel eadem vel quadam similiter formata etiam in illis usus est ubi de themate ab alio posito cogitari omnino non licet [7]). Accedit quod decimam illam cum eadem interrogatione rhetorica incepit (*πῶς ἄν τις διαιτήσαι τὴν διαφορὰν* sq. 10. 1) qua solebat ipsam rem quam tractaturus erat ingredi [8]). — Iam vero in orationis nonae prooemio queritur de Socratis quibusdam accusatoribus *ἀμαχωτέροις καὶ πικροτέροις Ἀνύτου καὶ Μελήτου, ἄλλῳ ἄλλο τι περὶ αὐτοῦ λέγουσι* (§ 1); qui cum aequales Maximi fuisse videantur, haud inepte suspiceris eorum etiam illum fuisse quem Maximus respicere videtur verbis suis *ἔτ' οὖν ποθεῖς σκέψασθαι περὶ Σωκράτους εἰ ⟨ὀρθῶς⟩ ταῦτα ἔδρα ἢ μή* (§ 3); qui cum de Socrate Maximum dicere iuberet, illum simul aggressus sit ita ut defendendus Maximo Socrates videretur. Sed fueruntne re vera huiusmodi accusatores Socratis? Fuerunt certe omnibus temporibus; sed eos de quibus Maximus locutus est, certissime ipse sibi finxit rhetorica *προσωποποιίᾳ* usus; audias enim ipsum alibi hunc in modum locutum: *οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς περὶ Σωκράτους εἰ μὲν ὀρθῶς ταῦτα ἔδρα ἢ μὴ σκοπεῖν ἀναθησόμεθα σμικρὸν ὅσον τὸ νῦν ἔχον· λέγωμεν δὲ ὡδὶ πρὸς τουτουσὶ τοὺς δεινοὺς κατηγόρους· ὅτι ἡμῖν δοκεῖτε ὦ ἄνδρες*

---

quam ne legere quidem sustinebis; quarta decima praeter Platonica quaedam ex ipso illo ei nota nulla philosopho digna complexa cum copiosa daemonologia populari quam dedit in sequenti; cf. quoque vicesima de amicitia habita cum sexta quae de eadem re est multo magis declamatoria; etiam 39ma cum 40ma.

7) 19. 2 μὴ τοίνυν ἀπόρει μηδ' ὅντινα τρόπον sq. cf. 31. 4 μήπω με ὦ τὰν ἔρη . . . ὄψει γὰρ αὐτὸς . . . 1. 2 μήπω με τοῦτο ὦ τὰν ἔρη πρὶν sq. 34. 1 μήπω σοι τοῦτο θαυμαστὸν φανῇ πρὶν ἄν μοι δείξῃς cf. quoque 14. 4 ubi fictus adversarius ipse loquens inducitur (ποθῶ μαθεῖν) et Maximus respondit ἐὰν πρῶτον ὦ τὰν ἀποκρίνῃ μοι sq.

8) cf. 2. 1 πῶς ἂν οὖν τις περὶ ἡδονῆς σκοποῖ, 33. 5 πῶς οὖν ἀρετῆς sq. 9. 6 πῶς ἂν οὖν οὐκ ἦν καταγέλαστος γέρων ἀνὴρ, 36. 6 πῶς οὖν οὐκ προηγούμενος sq. cf. quoque, 31. 4 ποῖον οὖν ἐστι τὸ ἐν λόγοις καλὸν, 13. 1 τὴν ποτέρου συμμετρίαν, 17. 8 ἐν ποτέρᾳ δὴ τῶν φύσεων, 1. 2 τίς οὖν ἐστιν ὁ κυβερνήτης οὗτος, 2. 3 τίς ἂν οὖν καὶ γένοιτο ἡ σκέψις ἡμῖν, 28. 3 καὶ τίς ἂν ἡμῖν ἡ τοιαύτη ἁρμονία γένοιτο, 30. 3 τῷ οὖν ἄν τις κρίναι τὸ λεγόμενον, 34. 1 τίς ἂν οὖν ἡμῖν γένοιτο ψυχῆς ἰατρός, alia.

ἀτοπώτεροι εἶναι συκοφάνται Ἀνύτου καὶ Μελήτου 24. 6 cf. paulo post *διὸ δὴ τὸ μὲν Ἀθηναίων θέατρον . . . διαπέφευγε, πρὸς τουτουσὶ δὲ τοὺς νυνὶ κατηγόρους (οὐ γάρ εἰσιν ἐκείνων ἀμαχώτεροι) διαγωνισώμεθα τὸ πρῶτον τῇδε* sq. (§ 7). Igitur non magis hi certi homines fuerunt quam ille quem cum iterum de Socrate verba faceret adfatus est *θαυμάζεις εἰ Σωκράτει συνῆν δαιμόνιον φίλον* sq. (14. 1): ex omnibus huius modi simulatis allocutionibus (cf. etiam 6. 1 *ἔχεις εἰπεῖν τίνας ποτε ὀνομάζει Ὅμηρος* sq. = 29 1) de certis personis ad quas referenda sint nil concludendum est. Itaque non ab aliis de materia quadam loqui iubebatur — id quod proprie tum *αὐτοσχεδιασμός* ferebatur —; attamen e tempore locutus est; iam dudum enim Marklandus vir sagicissimus e permultis vel „citationibus e vetustis scriptoribus vel factis aut historiis" negligenter productis optime conclusit Maximum non „in museo suo et inter libros positum" conscripsisse quae cum auditoribus communicaturus esset (ed. Reisk. praef. XVII. sq.); et haud pauca accedunt non scriptoris accurate de eis quae profert cogitantis sed oratoris eloquentia freti singula non adeo curantis: inprimis dico stili quasdam asperitates velut res aut verba certo quodam ordine enumerata, cum iteraret aut turbato ordine aut omissis quibusdam aut additis aliis eum protulisse [9]) quamquam in universum servare ordinem studuit [10]); verbis brevissimum intra spatium bis iisdem usum esse quippe quem quam plurima posset membra paria componere solitum similis aut eiusdem notionis verba defecerint [11]); ad phrasin quandam semel iam adhibitam paucis

---

9) 3. 9 Xerxes (1) Smindyrides (2) Cambyses (3) Sardanapallus (4) Alexander (5) Croesus (6) = Xerxes (1) Smindyrides (3) Cambyses (4) Sardanapallus (2) Croesus (5) Alexander (6) — 13. 2 ὀργὴ (1) ἐπιθυμία (2) ἡδονὴ (3) λύπη (4) θυμοὶ (5) = ἐπιθυμητικὸν (2) αἰτητικὸν (a) φιλήδονον (3) ὁρμητικὸν (1) — 15. 5: 1. 2. 3. 4. 5. = 1. a· 2. 5. 4 — 3. 8: 1. 2. 3. 4 = 2. 3. 1 (nam cod. lectio σώματα tuenda est) 4 — 10. 9: 1. 2. 3 = 1. 2. 4. 5 = 1. 2. 3 = 1. 2. 3. 4. 5 — 8. 1 κατ᾽ ὠφέλειαν sq. 1. 2. 3. 4. 5. 6 = § 9: a. b. 1. c. 3. 2 — 16. 7: 1. 2. 3. 4. 5 = § 8: 1. a. 4. 3. b. 5.

10) 9. 2: 1. 2. 3 (ἐδίωκε) 4. 5. 6 = 1. 2. 3 (λέγοντος) 4. 5. 6. 7 — 39. 2 ἰατρικὴ μουσικὴ χορὸς τριήρης ἅρμα στρατόπεδον = § 3 — 12. 4 ubi ὁ μάντις σοφὸς καὶ ὁ τέκτων σοφὸς καὶ ὁ ἰατρὸς καὶ ὁ Ἀπόλλων δήπου ὁμοίως τίμιος καὶ ὁ Ἀσκληπιὸς δήπου καὶ ὁ Φήμιος vel simile aliquid restituendum est ut antecedentibus respondeant.

11) 22. 6 τὰ δὲ Ὀδυσσέως θεάματα ἢ Θρᾷκες ἦσαν . . ἢ τὰ ἐν Ἅιδου θεάματα — 41. 4 μεταβολὴν ὁρᾷς σωμάτων . . . διαδοχὴν ὁρᾷς βίου

post aut in eadem oratione saltem sensim delapsum esse [12]); in longioribus periodis *ἀνακόλουθα* haud raro eum protulisse [13]); eiusdem periodi membra cum eadem particula bis incepisse [14]), quae omnia omnibus nobis cum primum concipimus quae dicturi simus accidere solent, quae autem quippe apud neminem ne a Maximo quidem non mutata essent si iterum quo elegantiora redderet quae conscripserat et perlegisset et correxisset. Neque vero ad imaginem quam aptam ratus qua sua illustraret describere incepit subito interruptam alteram aptiorem visam tam saepe ut fecit adiunxisset [15]), si uti rhetores sole-

---

καὶ μεταβολὴν σωμάτων — 9. 3 γέρων τὴν ἡλικίαν . . . βεβιωκὼς μὲν πόρρω ἡλικίας — 2. 4 ἀπέφηνε γυμνὸν καὶ ἀσθενῆ καὶ ἄτριχον καὶ ῥώμην ἀσθενῆ (ἀσκεπῆ ci. Wakefieldus praeclare quidem sed extra probabilitatem: cum eadem negligentia dictum est in orat. 26. 6 (ubi tota haec ratiocinatio iterata est): καὶ γὰρ ἀλκὴν ἀσθενεστάτου . . . καὶ νήχειν ἀσθενεῖς) — 41. 2 αἰσθανόμενος τῆς χορηγίας . . . τὸν ποταμῶν χορηγόν, καὶ τὸν πατέρα καὶ ποιητὴν εἰδότας . . . τὸν ποιητὴν θαλαττης . . . τὸν πατρῷον, τὸν καρπῶν τροφέα . . τὸν ἐπικάρπιον — 41. 4 ἃ δὲ καλοῦμεν κακῶν ἀνθρωπίνων ἐμβολὰς . . ἃ δὲ ἡμεῖς καλοῦμεν κακὰ καὶ φθορὰς — § 5 ἄλογον . . ἀμήχανον τῷ λογισμῷ — 39. 3 ἣν σὺν πολλῷ πόνῳ ἀνύουσι. . ἐπίπονοι ψυχαί.

12) 4. 6 ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, πατέρες καὶ ποιηταὶ γῆς καὶ θαλάσσης . . . § 8 εὖγε ὦ ποιηταὶ καὶ ποιητῶν παῖδες πατέρες παλαιᾶς . . . μούσης — 10. 2 de medicis locutus καὶ τὰ σοφὰ ταῦτα καὶ παντοδαπὰ ἰάματα ἐξευρηκότων § 3 de philosophis ἢ τῶν τὰ πολλὰ καὶ σοφὰ ταῦτα ἡμῖν ἐξευρηκότων — 37. 4 ἡ ἀνθρωπίνη πλημμέλεια ἑπομένη τῷ ἡδεῖ φαινομένῳ § 7 αἱ ἄμουσοι ψυχαὶ παντί τῷ ἡδεῖ φαινομένῳ ἐνδιδοῦσαι, cf. inprimis 36. 2 ubi quam plurima potuit antitheta vario modo formata coacervare studens brevi tamen spatio ter formula οὐκ ἀνεχόμενο eadem usus est — 35. 2 ὥσπερ τῆς εὐδαιμονίας αὐτῷ ἐκεῖ κατορωρυγμένης paulo post ὑποπτεύων τὴν εὐδαιμονίαν ἐν Σάρδεσι κατορωρύχθαι — 19. 1 ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι τῷ θεῷ τί χρὴ δρᾶν ἐπιόντος στόλου βαρβαρικοῦ . . . ἐχρῶντο οὖν τῷ θεῷ οἱ Ἀθηναῖοι τί χρὴ δρᾶν ἐπιόντος τοσούτου κακοῦ — 6. 2 χαίρειν φράσαντες τῇ τῶν μεταλλέων τέχνῃ . . . § 7 χαίρειν φράσαντες στρατηγῶν τέχναις.

13) 2. 4 εἰ μέλλει ἄνθρωπος ὢν . . multis verbis interpositis non continuatur sed novo quodam membro ἀλλ' — ἔστι τι καὶ τούτῳ ἔργον ἴδιον eiusdem fere sententiae iteratur — 8. 10 ὁ μὲν γὰρ θεὸς ὁ τῶν ὄντων πατὴρ . . . οὐκ ἔχοντες δὲ αὐτοῦ — 25. 3 φιλάνθρωπος ὁ ἀνὴρ . . . οὐ κατὰ γεωργὸν Αἰγύπτιον . . . τούτοις μὲν γὰρ ἡ θεραπεία . . . ὁ δὲ ἐραστής.

14) 7. 4 ὅπου δὲ καὶ ὁ πόνος . . . ἐνταῦθα παρόψεται . . . ὅπου μήτε μῆλα . . .

15) velut in 34. 2 ubi corpori quomodo anima inmixta sit demonstraturus similitudinem inchoavit a luce per aerem eunte ductam; sed cum subito non iam apta ei videretur aut e tempore fusius eam describere nequiret ad aliam magis familiarem ei transiit; cf. 32. 4 οἷον εἰ ξυνίῃς παναρμονιόν τι ὄργανον . . . μᾶλλον δὲ οὕτως· ἤδη που ἐθεάσω ἄθροισμα ὀργάνων — 17. 9 εἰ δὲ βούλει τῇδε εἴκαζέ

bant imagines suas lepide excogitare multisque verbis exornare et usque ad tenuissimum filum persequi studuisset; immo hinc cognoscimus magistrum omni fere nisi ea praeparatione cotidie de iis quae dicturus erat paulisper *μελετᾶν* quod vocabant spreta apud discipulos locutum, cui inter ipsa verba nova interdum in mentem non multa quidem sed tamen venerint: nostro igitur iure si paulo latius id valere conceditur, *αὐτοσχεδιάσματα* dissertationes eius appellare possumus.

IV. Per se apparet hanc quam exposui dicendi rationem magna vi in eius compositionem fuisse; scriptoris consilium ac rationem in orationibus e tempore habitis non debemus exspectare; nusquam certam materiae dispositionem antea cogitando conceptam secutus est; prout sententiae aut rationes sui ipsius alienae, intellectae non intellectae, aptae ineptae inter dicendum ei in mentem veniebant, alteram post alteram elocutus est aut paucis verbis aut multis transitu aut coniunctione facta oratoria potius quam ex re oriunda; ubi tamen videtur disposuisse, subito has conceptiones exortas esse inde sequitur quod aut ipsae ineptae sunt aut aegerrime quas instituit ipse tenere potuit; an putas eum si antea excogitavisset non opus esse precibus propter providentiam, propter fatum, propter fortunam, propter artem, (11. 4), tam aliena ab iis quae de primo illo satis apte dixit, tam vilia vana inepta de ceteris protulisse, ut quisque vel insulsissimus sentiret eum sententiarum inopia implicitum fuisse? An daemonum virtutes (scil. *τὸ ἀθάνατον καὶ ἐμπαθὲς*) sibi proposuisse explicare, si sensisset sese omnino non habiturum esse quibus explicaret? Nam inmortales esse daemones, quoniam anima humana inmortalis est, facile quidem dicitur; in eis autem quibus hanc rem probare sibi videbatur, argumenti nec vola inest nec vestigium [1]). Ceteras autem quas fecit partitiones velut 40. 3 sq. ubi ipse videtur sese rem dis-

---

μοι τὸ λεγόμενον . . . μᾶλλον δὲ ταύτῃ εἰκαζέσθω — **16. 6** εἰ δὲ βούλει καὶ ταύτῃ εἴκαζέ μοι τὸ λεγόμενον . . ἢ καθ' Ὅμηρον μᾶλλον — **18. 2** εἰ δὲ ἐνταῦθα . . ἔοικε δὲ τὸ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι πολὺ μᾶλλον τῷ ὁρᾶν καὶ ὁρᾶσθαι . . . μᾶλλον οὑτωσὶ λέγωμεν ὅτι ἔοικε τὸ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι τῷ ἐλέγχειν καὶ ἐλέγχεσθαι — simili modo sumenda sunt haud rara illa εἰ δέ σοι σαφεστέρας εἰκόνος δεῖ alia.

1) Laudandus est de hac dissertatione Heinze, Xenocrates p. 109.

posuisse indicare cum diceret τριῶν γὰρ ὄντων οἷς ἄν τις διαιτῆσαι τὸ παρὸν τουτὶ τὸ σκέμμα, ἑνὸς μὲν τείνοντος ἐπὶ τὸ ἀληθὲς αὐτὸ, δευτέρου δὲ ἐπὶ τὸ δυνατὸν, τρίτου δὲ ἐπὶ τὸ ὠφέλιμον, καθ' ἕκαστον τούτων σκεψώμεθα ἀνατρέψαντες αὐτῶν τὴν ἀκολουθίαν, ἀπὸ τοῦ ὠφελίμου ἀρξάμενοι, aut 30. 4 sq. de laudibus agriculturae πρός γε μὴν τὰς ἀρετὰς αὐτὰς οὕτως ἔχει ἑκάτερον καὶ πρῶτόν γε πρὸς σωφροσύνην . . . εἰ δὲ καὶ πρὸς δικαιοσύνην ἐξετάζοις . . . ἑορταῖς γε μὴν καὶ μυστηρίοις . . . ποῖον πλῆθος ἐπιτηδειότερον . . . εἰ δὲ καὶ πρὸς σοφίαν ἀντεξεταστέον τοὺς ἄνδρας . . . εἰ δὲ σωμάτων ἀρετῇ τοὺς ἄνδρας κριτέον — quae ad totam orationem pertinent — aut 21. 3 ubi homines in vitam ingrediuntur ὁ μὲν χρείαν τινὰ παρεχόμενος ὁ δὲ τέχνην, ὁ δὲ ἡδονὴν — aut 26. 3 καὶ πανταχοῦ εὕροις ἂν ξυμφυὲς ἀγαθῷ κακὸν πολλῷ τῷ ὁμοίῳ ἀνακεκραμένον ⟨ἀλλ'⟩ ἢ προαιρέσει χωριζόμενον . . . ἢ τέλει . . ἢ ἀρετῇ — aut 22. 5 νείμωμεν τὰς δυνάμεις καὶ τὸ σχῆμα τοῦ βίου τοῖς ἀνδράσιν ἢ κατὰ φύσιν ἢ καθ' ἡλικίαν ἢ κατὰ τύχην aliaque partes tantum orationum complexa ne ipse quidem scriptoris cogitare soliti rationem referre serio affirmaveris. Attamen certo quodam componendi genere Maximum usum esse inde sequitur, quod numquam fere non a prooemio orsus est, tractationem autem semper ita instituit ut ad ipsam rem protinus aggrederetur rhetorica interrogatione praemissa aut de suo exemplis historiolis descriptionibus similitudinibus aliisque auxiliis aditum ad materiam patefaceret, hanc ipsam autem (scilicet rationes illas philosophas quibus oratorem illum quem optimum finxit assurgere voluit) certis formulis introduceret, eis expositis autem exemplis imaginibus ea explicaret; conclusionem denique semper acumine quodam exornavit quo finire se orationem indicaret. Sed e figuris quae ad significandas hasce orationum partes adhibebat, perpaucis eis ac ne variis quidem neque rei [2]), de qua agebatur, adaptatis apparet eum

2) Omnia fere eius prooemia sive Homeri aliusve poetae sunt interpretationes (velut Ariphronis 13. 1, Pindari 18. 1, Homeri ἔχεις εἰπεῖν 6. 1, 29. 1 Ὅμηρος μὲν πρὸς τὸν Τηλέμαχον διαλεγόμενος ἐν προσώπῳ Νέστορος 38. 1 οὐδὲ τοῦ Ὁμήρου ἔγωγε ἀποδέχομαι 39. 1 forma ἀπορίας: διηγεῖται Ὅμηρος περὶ Ὀδυσσέως sq. 28. 1/2) sive fabulae aut antiquioris cuiusdam auctoris aut ab ipso fictae excogitatae (Aesopi de leone cervum persecuto et homine 3. 1 de Satyro a Mida rege capto 11. 1 Prodici de

etiam in his rhetorum consuetudini indulgere neque verba rei accommodavisse, sed materiam ad familiare ei genus dicendi vi quadam adegisse. Unum liceat exemplum proponere orationem XLImam Incipit a historiola; Alexandrum Magnum cum e deo audivisset sese

---

Hercule duas inter vias altera ad virtutem ad malitiam altera haesitante 20. 1; ipsius de Prometheo hominum creatore 36. 1) sive facti cuiusdam aut historiae enarrationes (velut ἀφίκετό ποτε Ἀθήναζε Κρὴς ἀνὴρ 16. 1, ὅτε οἱ Μῆδοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐστρατεύοντο 19. 1, ἦλθεν εἰς Σπάρτην Συρακόσιος σοφιστὴς 23. 1, ἦλθεν εἰς Ἕλληνας ἐκ τῆς Σκυθῶν γῆς ἀνὴρ σοφὸς 31. 1, Κορινθίῳ ἀνδρὶ ὄνομα Αἰσχύλῳ παῖς ἦν Ἀκταίων 24 1, Σμερδίης Θρᾷξ ὑπὸ Ἑλλήνων ἁλοὺς . . . ἐκομίσθη δῶρον 26. 1, ὁ μὲν Κροτονιάτης ἐρᾷ κοτίνου 35. 1, Σωκράτης ἐν Πειραιεῖ διαλεγόμενος 37. 1, φασὶ τὸν Μακεδόνα Ἀλέξανδρον sq. 41. 1) sive sententiae communes aut poetae versibus expressae (χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι 1. 1) aut rhetoricae vel interrogationis vel exclamationis forma instructae (τί δήποτε οἱ ἐν Διονύσου τὰ δράματα ὑποκρινόμενοι . . . εἰ δέ τις τὰ μὲν τοῦ Διονύσου φυλάττει τῇ παιδιᾷ sq. 7. 1, δεινόν γε εἰ οἱ μὲν θεοὶ διέκριναν τοῖς ἀνθρώποις τἀγαθὰ ἐκ τῆς τῶν κακῶν ὁμιλίας 5. 1, δεινόν γε τὰς μὲν ἄλλας τέχνας ἀπηλλάχθαι ἑκάστην τοῦ τῶν πολλῶν δικαστηρίου 9. 1, δεινῶς γε οἱ ἄνθρωποι στασιωτικοὶ οὐ μέχρι πολιτείας μόνον . . . προεληλύθασι 10. 1, χαλεπὸν εὑρεῖν ἀκριβῆ βιὸν ὥσπερ καὶ ἄνδρα 21. 1, χαρεπὸν εὑρεῖν λόγον ἀληθῆ 4. 1) quae cuncta sophisticam suam originem satis aperte prae se ferunt; neque in tractione multus est: eodem fere interrogandi modo semper usus est velut τίς οὖν ἐστιν ὁ κυβερνήτης οὗτος 1. 2, πῶς ἂν οὖν τις περὶ ἡδονῆς σκοποῖ 2. 1, cf. etiam πῶς ἂν οὖν τις διαιτῆσαι τὴν διαφορὰν 10. 1, τὴν ποτέρου αὐτοῖν συμμετρίαν ὀνομάζομεν . . . φέρε δὴ οὑτωσὶ τὸ πᾶν διαιτήσωμαι 13. 1, τί δήποτε οὖν . . . ἐθέλουσι αἰνίττεσθαι 16. 3, τῷ ἄν τις διακρίναι τὸν κόλακα τοῦ φιλου 20. 3, καὶ τίς ἂν ἡμῖν ἡ τοιαύτη ἁρμονία (= ars liberalis) γένοιτο 28. 3, quibus perpauca etiam illa ubi prooemium omisit adnumeranda sunt (τί ποτ᾽ ἐστὶ τοῦτο ᾧ διαφέρει ἄνθρωπος θηρίου 12. 1, καὶ πῶς ἄν τις τοῦ φιλοσόφου ἀποδέξαιτο ἄλλο τι τὴν ἀρετὴν λέγοντος εἶναί καὶ μὴ τέχνην 33. 1, πῶς ἄν τις ἀλυπίαν τῇ ψυχῇ περιποιήσαιτο 34. 1), neque in formulis iis quibus ad rem transgreditur varietas est cf. οὑτωσὶ δὲ θεασώμεθα 18. 2, 27. 3, 30. 2, οὑτωσὶ δὲ αὐτὸ σκέψαι 38. 6, ἡμῖν δὲ οὐ ταύτῃ θηρατέον ἀλλ᾽ ὡδὶ λέγωμεν 12. 4, ἕπου τῷ λόγῳ 17. 8 (ἀποκρίνεται δὲ ὧδε 17. 7), καὶ μὴν ὡς ὁ Πλάτωνος φησὶ λόγος 26. 4, ὁ δὲ οὖν λόγος ταύτῃ ἔχει 33. 5, paulo magis ad rhetoricam hypothesin quam antea secutus est adaptatum 22. 4; etiam conclusionum et modus et formulae semper fere eaedem sunt, cf. ἄφελε τὴν γαστρὸς ἐπιθυμίαν sq. 4. 8, διώκωμεν τὴν ἐκεχειρίαν, παρακαλῶμεν φιλοσοφίαν· ἡκέτω, σπενδέσθω, κηρυττέτω 6. 8, ζητῶμεν τὸν ἄνδρα· τάχα που φανήσεται καὶ φανεὶς οὐκ ἀτιμασθήσεται 7. 10, θεῖον ἴστωσαν γένος ἴστωσαν μόνον . . . ἴστωσαν μόνον ἐράτωσαν μόνον μνημονευέτωσαν μόνον 8. 10, θεραπεύωμεν τὰς Μούσας, θεραπεύωμεν τὴν Μνημοσύνην 16. 9; per ἀναφορὰν: τοῦτο ἡ σωτηρία; τοῦτο ἡ εὐδαιμονία 2. 5, οὕτω δικάζει θεὸς οὕτω καταψηφίζεται 9. 8, τοιοῦτον ἡ ἐπιστήμη, τοιοῦτον ἡ ἀμαθία 12. 6 (hic enim revera oratio explicit cf. cap. I) ἄξια ταῦτα τοῦ Ἀπόλλωνος ἄξια τοῦ Διός 28. 7, μάτην ἄρα αὐτῷ ὁ Ἀπόλλων τὰ νικητήρια ἔδωκε, μάτην ἐψηφίσατο

Iovis filium esse non de fuga Darii non de pugna imminente non de Graeciae calamitatibus non de Asia conturbata quidquam comperire voluisse, sed unum illud quaesivisse, e quibus fontibus ortus in Aegyptum Nilus flumen deferatur. Quam propter rem Alexandrum increpans miratur quod non ceteros quoque deos praeter Iovem interrogavit ex iisque petivit *χρησμὸν ἕνα κοινὸν καὶ δημόσιον τῷ πάντων ἀνθρώπων γένει* (§ 1), quae legatio hominibus plus re vera contulisset, quam cum de Peloponneso Dores consuluissent aut de Ionia Athenienses aut de Sicilia Corinthii. Iam ad ipsam tractationem transgreditur hunc in modum. Eos quos de universi generis humani salute ad deos mitti fingit — qualem Alexandrum illum, nisi puerum sese in interrogando gessisset, habendum esse censet — imitati quaeramus inquit unde hominibus veniant bona; sed de his non opus est interrogare ut quae ex summo patre (quem multis verbis laudat § 2) venire sciamus; malorum autem ad intellegendam originem *χρησμῳδίας δεῖ, ἐρώμεθα τοὺς θεούς· Ζεῦ καὶ Ἄπολλον . . δεομένοις εἴπατε τίς κακῶν ἀρχή, τίς αἰτία, πῶς φυλαξόμεθα, πῶς λάθωμεν* (§ 3). An non videtis quam multa per totam vitam et corporis et externa mala homines sequantur? — Iam haec multis verbis mala describit (§ 3); tum pergit: Quid ergo ad ista aut Apollo aut Iupiter respondebit? Audiamus quid eorum interpres (scilicet Homerus) dixerit *ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ᾽ ἔμμεναι οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε᾽ ἔχουσι* (*α* 33). Cum igitur non dei malorum auctores sint, unde ea esse dicamus? coelum et terram sedes

---

39. 5 — **per exclamationem rhetoricam**: ὦ μύθων ἀπίστων καὶ μηδεμιᾷ ποιητικῇ ἁρμονίᾳ πρεπόντων **10. 9**, ὦ στόλου μακαρίου καὶ θεαμάτων καλῶν καὶ ὀνείρων ἀληθινῶν **22. 6** — **variis modis**: ὁρᾷς τὴν ἀφθονίαν τῶν ἡδονῶν **3. 10**, διαδοχὴν ὁρᾷς καὶ τάξιν ἀρχῆς καταβαίνουσαν ἐκ τοῦ θεοῦ μέχρι γῆς **17. 12**, ὁρᾷς τὸ πλῆθος τῶν ἡγεμόνων, ὁρᾷς τὸ πλῆθος τῶν συνθημάτων sq. **35. 7**, μὴ γεώργει, ἄνθρωπε . . . στάσιν κινεῖς πόλεμον κινεῖς **29. 7**, δεῖξον ὦ Σώκρατες ἀσφαλὲς τειχίον . . . ἐὰν δέ μοι τοιοῦτον τειχίον λέγεις ᾧ καὶ σὺ ὑπεστάλης, ὁρῶ τὰ βλήματα, Ἀνύτους πολλοὺς Μελήτους πολλούς· ἁλώσιμον τὸ τειχίον **21. 10**, εἶδον δὲ καὶ Διοσκούρους . . . εἶδον καὶ τὸν Ἀσκληπιόν, ἀλλ᾽ οὐχὶ ὄναρ εἶδον νὴ τὸν Ἡρακλέα ἀλλ᾽ ὕπαρ **15. 8**, ἐὰν δέ που μοχθηρὰν δείξῃς ψυχὴν ἀνέστιος αὕτη καὶ ἀνεπιστάτητος **14. 8**, **37. 8**, ubi e **Maximi more scribendum esse censeo** ἕως δὲ ἀθέατος τούτων εἶ, ⟨ἀθέατος⟩ εὐδαιμονίας μένεις, ἀμέτοχος, ἄμοιρος, collata eadem constructionis forma ἕως δὲ ἄσπονδος . . . ὁ ἐν ψυχῇ πόλεμος ἄφιλος ἡ ψυχὴ μένει, ἐχθρὰ σκυθρωπὴ **6. 8**.

diversas alteram omnium malorum immunem alteram ex utroque mixtam esse existimandum est ita ut bona e caelo in terram venire dicamus, mala vero ex innata pravitate provenire arbitremur; quae quidem duplex est altera *ὕλης πάθος* altera *ψυχῆς ἐξουσία*; atque primum de materiae corruptione dicamus. Sicut materia ob optimo artifice tractata in bonam quidem formam mutatur, interdum tamen ex ea proveniunt quaedam peioris generis quorum nec artifex auctor est nec ipsa ars per se perfecta, ita etiam terrenorum malorum quae hominibus accidere solent una causa materiae est quaedam corruptio. Haec autem mala quae singulis partibus accidunt tamen universo non nocent, immo necessaria sunt ad illud servandum, neque est cur pestes terrae motus inundationes incendia queramur, cum omnino vita vice constet *γενέσεως καὶ φθορᾶς* (secundum Heraclitum) perpetua (§ 4). Alteram autem causam (scilicet animae pravitatem) ita explicandam esse censet. *Αὐτοῦ τοῦ ἑλομένου αἰτία, θεὸς ἀναίτιος.* nam cum terram creari necesse esset, quae et fruges daret et animantia ferret, et intra se ipsa mala ut quae e coelo eiecta essent contineret, illa *εἰς τὸν δεῦρο τύπον ἐμίγη.* Diversa autem animantium genera creavit deus primamque eorum naturam bifariam divisit, aliam *ἄλογον ἄφρονα ἀλληλοφθόρον ἀνόητον θεοῦ ἀρετῆς ἄμοιρον* sq. aliam, humanam scilicet, intra animantia et deos positam quorum inferiorum quidem deis tamen ne in morte quidem constat inferioritas, sed in eo quod anima humana in corpus imposita tamquam auriga vehendi equisque imperandi facultatem quidem et indolem a deo accepit, sed etiam pro lubitu agendi licentiam; sunt autem permulti hominum affectus cupiditatesque tamquam equi quorum si viribus auriga se inferiorem praestiterit, secum ferunt eum atque in multifaria pericula rapiunt. — Hic oratio abrupta est; unde probatur id quod etiam e dispositione elucet, Maximum cum sibi proponeret de origine malorum loqui unum illud argumentum de materiae corruptione e populari philosophia notum praesto habuisse (quo plane eadem forma instructo iisdemque et exemplis et verbis plerumque ornato etiam in orat. 11. 4 usus est). Cetera cuncta inter dicendum ei in mentem venerunt; cum philosopha illa ratiocinatione neque prooemii historiolae fictionique inde deductae quicquam commune neque Iovis laudatio aut vitae humanae molestiarum descriptio arto vinculo coniunctae sunt: illam

facile intellegimus ab eo interpositam esse ut tempus produceret, haec quam praedicantis modo uti solet protulit ad rem nil prorsus facit, cum de corporeis calamitatibus vitaeque molestiis sicut apud cynicos, quorum ex doctrina sumpta sunt (cf. part. II cap. VI), agatur ac ne praeparent quidem haec ad ea quae de corruptione materiae locuturus est, nisi obiter peste fame motu terrae aliis commemoratis; certe non philosopha sunt; in eodem enim sententiarum nexu etiam affectus animae velut tristitia dolor luctus pravitatum instar inter mala enumerantur. Sed en novam confusionem; in versibus illis Homericis, quos citavit (in § 4) animae corruptio ethicorum malorum causa dicitur i. e. *αὐτοφυὴς μοχθηρία* plane e Platonicorum sententia (cf. part. II cap. III), Maximus autem omnia mala inde exoriri dixit cum ipsam hanc innatam malitiam duplicem esse vellet alteram recte *ὕλης πάθος* appellans, alteram sane inepte animae pravitatem i. e. malitiam ita ut id quod dividere voluit simul pro parte ipsa poneret. Accedit Platonicam illam divisionem malorum (in *ὕλης πάθος* et *ψυχῆς ἐξουσίαν* factam) notam ei fuisse, sed cum ad alteram transgredi ei opus esset, eum nil habuisse quae de ea proferret nisi Platonicum illud *αὐτοῦ τοῦ ἑλομένου αἰτία*, quod non explicat sed prorsus neglexit in sequentibus. Quae enim de hominibus et animantibus tum exposuit, omnino non ad doctrinam de malis sive Platonicam sine Stoicam pertinent, sed ad Chrysippeam illam de homines inter et animalia discrimine apud popularis philosophiae doctores vulgatam (unde Maximus quoque eam habet, cf. part. II cap. V). Cum igitur de his vana, certe ad propositum haud apta protulisset, Platonicae illius similitudinis denique recordatus eam explicare incipit, sed frustra ad ea quae supra exposuit adnectere conatus est: cum *τοῦτον δὴ τῆς ἀνθρωπίνης ἐνδείας πρὸς τὸ θεῖον ἐξεῦρε θεὸς τρόπον· ἐπιθεὶς τὴν ψυχὴν γηΐνῳ σώματι* (§ 5) sq. diceret iam de malis rem esse nemo ac ne ipse quidem sentit. Neque igitur de dispositione apud eum re vera cogitari licet; rhetorica illa fictione interrogantium priores quattuor paragraphi cohaerent quidem inter se quod ad formam, sed scimus quid de simulata hac coniunctione iudicandum sit.

Quid igitur mirum ne philosophas quidem illas rationes, quas propter *λόγους φιλοσοφικούς* vel *φιλοσοφούμενα* oratiunculas suas nominavit nec cum eis quae probare sibi proposuit nec, si haec qui-

dem res est, tamen cum iis quae praeter ea exposuit ita cohaerere, ut de iis antea cogitavisse eorumque dispositionem scriptorum philosophorum modo descripsisse dici possit. Perpauca illa ubi argumentationem quandam ipse ex philosophis rationibus aliunde sumptis deducere conatus est, docent eum ne his quidem intellegendis operam dedisse aut non potuisse ea intellegere [3]); ceterum has rationes nil ei fuisse nisi lumina quibus orationes exornaret quasque oratori qualem esse voluit necessarias esse censeret, inde sequitur, quod ad res maxime contrarias explicandas probandasque singulis ac iisdem quidem utebatur [4]). Quin in omnibus fere sentis quam relicta hac invia et

---

3) Unum illud exponam ubi ipse verbis suis οὕτως ἐπιχειρῶ νῦν sese philosophari indicavit (18. 5): res est de Platonico illo ὅτι τὸν ἀδικήσαντα οὐκ ἀνταδικητέον (Criton 49. 6 = Stob. flor. X 27), sed usus est Maximus stoico quodam syllogismo quo rectum illud esse efficere studuit: ἀδικία ἐστὶν ἀφαίρεσις ἀγαθοῦ· τὸ δὲ ἀγαθὸν . . . ἀρετή, ἡ δὲ ἀρετὴ ἀναφαίρετον· οὐκ ἀδικηθήσεται τοίνυν ὁ τὴν ἀρετὴν ἔχων. Recte primum membrum et στωικῶς pronuntiavit, recte et tertium; sed bonum virtutem esse nimis commune est quam quod in huius caderet syllogismi conexum; haud mirum est hinc Maximum ad summam pervenisse quam ne somniavisset quidem homo stoicus; improbum non accipere iniuriam quippe qui bonum non habeat, quod eripiatur, non potuit contendere nisi ea qua una omnis hic syllogismus nititur doctrina parum intellecta. Bonum non nisi sapienti est idem atque virtus; uni huic non fit iniuria quoniam „omnia in se reposuit et bona sua in solido habet contentus virtute“. Hoc membrum Maximo erat ponendum et paulo accuratius explicandum sicut Seneca de plane eadem re locutus scite id fecit (cf. part. II cap. VIII). Possis quidem obiicere, consulto aliquatenus illud immutasse quo facilius ad finem suum perveniret: sed si hoc syllogismo sapientem voluisset non ulcisci comprobare, omnino non opus ei fuisset omnibus illis quae paulo post multo aptius rectiusque quam haec exposuit. Igitur non conscius sibi aut certo consilio declinavit, sed quae in auctore nescio quo quando legit cogitatione studuit restituere; singula autem nonnulla memoriae infixa recte quidem pronuntiavit; quid rei fuerit autem cum aut tum cum legeret, parum intellexisset aut licet in fontis conexu percepisset fortasse, tamen cogitandi inops de novo explicare non posset, a via una ei ingredienda prorsus aberravit. Similis res est in orat. XXXIX^ma^ et XL^ma^, etiam in orat. XXXIII^ma^.

4) Audi sis quem in multifarium crebrumque usum ratiocinationem illam de hominum animaliumque discrimine verterit: satis apte invenimus eam in secunda oratione propositam, virtutem hominis salutem esse inde deduxit, quod cum omnia animalia corporis virtutibus homines superent, una huic prudentia insita sit, qua in potestatem suam ad unum cetera omnia possit redigere; iam plane eandem rationem advocavit 26. 9 ad illustrandam humanae rationis vim cui cum amor verus accederet, summa virtus efficeretur. Sed quae est illi prudentiae (φρονήσει) stoicae cum platonica hac ratione (λόγῳ) re vera quaeso coniunctio? At tamen philo-

aspera regione quasi a laboris taedio respiraverit, et quasi simul cum rationibus illis philosophum deposuerit; totus iam orator est omniaque eius artificia inveniuntur quo magis ad finem accederet eo plura magisque rhetorica ita ut quem modo philosophas haud leves plerumque rationes conciso sermone explicare audivisti, eundem te nunc audire negares.

Ex his quae exposui sequitur, apud Maximum non debere de fontibus cogitari neque spem esse nos unum posse sive aequalium sive antiquorum adferre quem exscripserit; illud autem coniicere licet eum ut qui cum curiositate quadam multa etiam ab aetatis consuetudine aliena perlegerit unum alterumve memoria tenuisse quod eorum quae scholarum institutione didicit et speciem et naturam egrediatur.

---

sophica saltem haec interpretatio neque secus ea ubi sicut omnibus animalibus sit salutarium artium scientia, ita etiam homini οὐκ ἐπίκτητον τὸ εἰδέναι ἥκειν sed insitum a natura esse exposuit (16. 5); sed quid dicamus cum animalibus quidem unum salutare bonum esse, homini autem etiam τὸ βεβαιότατον τῶν ὄντων scil. philosophiam fluxam et instabilem esse arta hac necessitudine coniuncta pronuntiaverit? cf. etiam ratiocinatio de virtute et vitio stricta concisa 38. 6, in daemonologiam translata levi mutatione 14. 7, inde autem iamiam colore genuino exstructo aliis permixta in quintam profecta quam de vitae necessitatibus habuit — pro universi salute singulas partes interire malorum originem explicaturus apte in orat. 41. 4 pronuntiavit, sed etiam ut precibus non opus esse ostenderet in orat. 11. 6, ubi tamen quamquam de physicis malis non res est exempla illa pestis, famis, motus terrae, ignium eruptionis dormitanter iteravit — inter bonos pacem esse, malos nec cum ipsis nec cum bonis consentire de referenda iniuria locutus 18. 4, ita interpretatus est ut bonum iniuriam nec facere nec referre haud inscite ostenderet; idem protulit ut militiam agriculturae non anteponendam esse doceret 30. 2, bonum unum esse ἀνέμητον ἄφθονον ἀνενδεές legimus 39. 1, philosophice excogitata; idem invenies 35. 7, sed ad exornandam tantum conclusionem, aeque ac illa de hominum animaliumque discrimine, de quibus modo dixi, adhibitum.

Pars II. De fontibus Maximi.

I. Iam cum cuius generis omnino Maximus habendus sit exposuerimus, age videamus unde ea quae protulit philosophica sumpserit aut cognita habuerit. Ac cum inter Platonicos numeretur, primum huius doctrinae vestigia apud eum detegamus. In omnibus quidem Platoni sese assentiri eumque inprimis sequi Maximus non numquam professus est[1]), sed ipsi illi non debuit nisi quae aut longa cum illius scriptis consuetudine memoriae impressa tenebat aut sive sentiebat sese imitari sive non Platonis ad modum protulit. Ad prius illud per se apparet inprimis omnia illa facere aut periodos verbo tenus citatas velut *εὐπρόςωπος ὁ τοῦ μεγαλήτορος Ἐρέχθεως δῆμος* 6. 6, ex Alcib. I 132 a, *ὁ γὰρ δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς* 32. 7, e Phaedro cap. 26 p 246 e, *οὐ γάρ εἰμι ποιητικὸς* 6. 1, e republ. III 393, *φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται* 41. 3, e Phaedro 247 a, *αὐτοῦ τοῦ ἑλομένου αἰτία· θεὸς ἀναίτιος* 41. 5 e republ. X 617 e aut singula verba ex eo deprompta atque de eadem de qua ille locutus est re adhibita ut *λευκὴ στάθμη* 24. 4 de Socrate (cf. Charm. 154 b) *θεία κεφαλὴ* 38. 4, 24. 4 de Phaedro (cf. Phaedr. 234 d) *νέος ὢν* Isocrates 38. 4 (cf. Phaedr. 278 e) *φιλόνεικος καὶ φιλότιμος κατὰ Λακωνικὴν πόλιν* 32. 4 (republ. 8. 545) *πτηνὸν ἅρμα* 10. 4 (Phaedro 246 e) *πλῆρες τὸ στῆθος ἔχων* de Socrate 24. 7 (cf. Phaedr. 235 c) alia et recte fecerunt editores qui Maximum scripta Platonica penitus nosse e talibus locis concluserint. Sed tamen duo monenda sunt. Primum illud opus est memini quod iam vidimus ora-

1) cf. inprimis 27. 4 ἐγὼ γάρ τά τε ἄλλα καὶ ἐν τῇ τῶν ὀνομάτων ἐλευθερίᾳ πείθομαι Πλάτωνι.

tiones suas Maximum e tempore habuisse; si igitur, prout memoria eum defecit aut adiuvit, hic integra apud eum Platonica (ut ea quae supra attuli) illic paululum inmutata inveniuntur:

ut ex. gr. notissima illa verba (leges δ 709 b): θεὸς μὲν πάντα καὶ μετὰ θεοῦ τύχη καὶ καιρὸς τἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξύμπαντα. ἡμερώτερον μὴν τρίτον ξυγχωρῆσαι τούτοις δεῖν ἕπεσθαι τέχνην. καιρῷ γὰρ χειμῶνος συλλαβέσθαι κυβερνητικὴν ἢ μή. μέγα πλεονέκτημ' ἔγωγ' ἂν θείην,

quae Maximus hunc in modum pronuntiavit 19. 7: θεὸς μὲν πάντα καὶ μετὰ θεοῦ τύχη καὶ καιρὸς τὰ ἀνθρώπινα κυβερνῶσι τὰ ξύμπαντα. ἡμερώτερόν γε μὴν τρίτον ἐπὶ τούτοις προσθεῖναι δεῖν ἕπεσθαι, τὴν τέχνην. καιρῷ γὰρ χειμῶνος συλλαβέσθαι κυβερνητικὴν ἢ μή, μέγα πλεονέκτημα ἔγωγ' ἂν θείην,

aut *οὐ γὰρ θέμις Διὶ βούλεσθαι ἄλλο τι ἢ τὸ κάλλιστον* (38. 7) e Timaeo *θέμις δὲ οὔτ' ἦν οὔτ' ἔστι τῷ ἀρίστῳ* (scil. deo) *δρᾶν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον*, inde non debemus colligere, alius generis codicem aut variam lectionem Maximum ante oculos habuisse; immo hasce maiores minoresve differentias omnino in recensendis Platonis operibus quidquam valere prorsus negandum est. Alterum illud tenendum est, Platonis multa facete ingenioseque dicta multaque verba singularis aut notionis aut coloris labante tempore innotuisse atque omnium in ore fuisse, ita ut inde quod apud Maximum ea inveniuntur, non iam Platonem eum legisse evinci possit. Exstant enim quoque quae e Platone oriunda, procedente autem tempore alia atque quam Plato iis dedit forma instructa, a Maximo ipsa hac posteriore specie prolata sunt; ut praeclarum illud Socratis apud iudices locuti *εὖ γὰρ ἴστε ἐὰν ἐμὲ ἀποκτείνητε τοιοῦτον ὄντα οἷον ἐγὼ λέγω, οὐκ ἐμὲ μείζω βλάψητε ἢ ὑμᾶς αὐτούς. ἐμὲ μὲν γὰρ οὐδὲν ἂν βλάψειεν οὔτε Μέλιτος οὔτε Ἄνυτος· οὐδὲ γὰρ ἂν δύναιντο* (apol. Socr. 30 c), quod Maximus aeque ac omnes qui commemoraverunt sequiores scriptores, (Epictetus (I 29. 18, II 2. 15, III 23. 21) Plutarchus (*περὶ φιλίας* ap. Stob. ecl. II 161) Origenes (c. Cels. ed Hoeschel l. 8 p. 383) Simplicius (in Epict. manual. 53 p. 331 ed. Didot), hunc in modum citavit *ἐμὲ δ' Ἄνυτος καὶ Μέλητος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δὲ οὐ δύνανται* (18. 8). Hoc igitur tamquam *ἀπόφθεγμα* Socratis per se vulgatum, unde ceteri omnes, inde Maximum quoque traditum accepisse statuendum est. Sed quae statim apud eum sequuntur verba *οὐ γὰρ θέμις ἀγαθῷ ἀνδρὶ ὑπὸ πονηροῦ βλαβῆναι*, quippe sine dubio e Platonis quae respondent *οὐ γὰρ οἶμαι θέμιτον εἶναι ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι* deficiente memoria depravata, ab altera parte

docent non solum istud cognitum habuisse sed etiam quo in conexu vulgatum apud ipsum Platonem legeretur meminisse. Difficile igitur est, si quae e Platone oriunda forma tamen ab eo aberrant, certe discernere, utrum ad posteriorum temporum traditionem referenda, an e Maximi negligentia explicanda sint. Sed nullius momenti mihi hoc videtur esse, dummodo alterum iuxta alterum fieri potuisse concedatur. Huc illa quoque referenda esse, quae ad sermonis Platonici similitudinem apud Maximum accedant, quippe qui aut singula verba aut *φράσεις* quasdam a Platone sensim acceperit, omitto dicere, cum talia hic non meum sit curare. — Iam ad ipsum Platonem etiam ea nos remittunt, ubi facta ab illo enarrata aut fictas sive res sive personas, quorum uno e Platone notitiam accipere potuit, aut enarravit aut ad ea allusit. Quod ad alterum illud, certe ea tantum Maximum Platoni debere dici potest, quae ad eandem rem explicandam illustrandamque atque ille adhibuit; ut legem amatoriam Cretensium et Eleorum de amore locutus 26. 8 sicut Plato in Symposio (182 b. cf. adnot. Hugii editoris). Nam alia huius generis (ut Mithaeci historiam 23, 1 (21. 4, 4. 5) aut de Minoe legum latore fabulam 12. 7, 38. 2) neque Platone omnino opus erat, ex quo nosset, cum in omnium fere ore essent, neque habere video quod unum Platonem eorum auctorem esse demonstret. Certiore pede alterum ingredi possumus; nam omnium eorum, quae Platonem constat et primum et solum excogitasse, quemvis Platonicum, si protulit, ex ipso auctore notitiam habuisse per se apparet. Atque profecto permulta talia possunt enumerari. Inprimis omnia fere quae de Socrate dixit e Platonicis scriptis sumpta sunt. Laudatur Socratis *πρὸς δῆμον παρρησία* 24. 5 ex apol. 32 a, eiusdem *πρὸς τυράννους ἐλευθερία* ibidem (apol. 32 c) *ἐν Δηλίῳ ἀριστεία* (sympos. 219 e) nominatur *ὁ Λυσίου τῶν ἐρωτικῶν ἀντίτεχνος* ibidem (e Phaedro 60 d) *ὁ ἀπὸ κυνηγεσίου τῆς Ἀλκιβιάδου ὥρας* (Protag. 309 a cf. Symp. 213 b) *ὁ Χαρμίδην τεθηπώς* (Charm. 154) commemorantur quae Socrates fecit *ἐπιδειξαμένου αὐτῷ τοῦ Μυρρινουσίου Φαίδρου λόγον ὑπὸ Λυσίου τοῦ Κεφάλου συγγεγραμμένον ἐρωτικὸν* 24. 7 (e Phaedro 235 b) alia. Sed rursus in his inveniuntur quae a Platone aberrant atque adeo quidem nonnulla, ut aliam memoriam secutus esse videatur. Aspasiam quidem et Diotimam artem amatoriam Socratem docuisse Plato nusquam exposuit; tradi-

derunt autem idem Athenaeus (V 219 d) et Synesius (in Dion. p. 38), Maximus bis diserte pronuntiavit atque e simili sententiarum et ordine et compositione certam hanc memoriam eum tenuisse sequitur. Putares igitur Maximum ea sicut vulgata erant protulisse — nam facile fieri potuit et re vera puto factum est, ut apud multos procedente tempore Socrati cum Aspasia consuetudinem fuisse, non ut rhetoricam disceret, sed quippe meretricis amore eius frueretur, memoriae traderetur. — Sed alia accedunt quae ita ut Maximus ea tradidit, unum apud eum inveniuntur. Eodem loco (38. 4) quo a Diotima Socratem artem amatoriam accepisse dixit, a Conno musicam, ab Eveno poeticam, ab Ischomacho agriculturam, a Theodoro geometriam didicisse eum voluit. Omnia autem haec verba cum „vanitate rhetorica magis quam gravitate philosophica“ pronuntiata esse iam K. F. Hermann intellexit et nil inde de hisce Socratis magistris effici posse conclusit (de Socratis magistris p. 29) eumque secutus Zellerus (II 1, p. 45. 3) e Platonicis scriptis Maximum personas illas sibi finxisse affirmavit, et recte quidem; nam cum θείᾳ μοίρᾳ hominem bonum fieri Socratis exemplo illustraturus ne hunc quidem non didicisse demonstrare vellet, magistros autem Connum Menexenus ei (236 a), Ischomachum Xenophontis Oeconomicus (VI 17 cf. Zeller l. l. p. 47) praeberet, sive quinque quae solebat membra componendi studio sive nimio ardore rhetorico ductus ex eis locis, ubi Plato ceteris illis viris Socratem nescio quo modo usum esse dixit, magistros eos fuisse sibi sumpsit. Neque secus de iis iudicandum est, quae de Socratis accusatoribus exposuit (9. 2. 3 sq.); nam insurrexisse in eum ἐκ τῶν ῥητόρων Λύκωνα ipsius Platonis sunt (apol. 23. e) et ἐκ τοῦ θεάτρου Aristophanem ex eiusdem apologiae verbis τοιαῦτα γὰρ ἑωρᾶτε καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀριστοφάνους κωμῳδίᾳ Σωκράτην τινὰ ἐκεῖ περιφερ'-μενον sq. (19 a) sibi deduxit. Sed Anytum eum fuisse, qui εἰσήγαγε i. e. ipsum accusationis auctorem fuisse iterum similia inter se membra componere studens neque singula adeo curans pronuntiavit; Meletus, qui apud Platonem est qui ἐγράψατο (apol. 19 a), idem est apud Maximum (9. 2, 5. 8, 11. 7, 39. 5), ita ut recte hinc aliam memoriae rationem eum secutum esse K. F. Hermann (l. a. p. 13 sq.) negaverit. Cetera quae huc faciunt nullam difficultatem habent. Nam e locis, ubi ad Platonica allusit, ut ad Socratis τειχίον 21. 10 (e

republ. VI 496 d cf. Wyttenbach in Plutarchi de fort. cap. 2) aut ad Socratem *ἐν Πειραιεῖ διαλεγόμενον* 37. 1 (e republ. I 1 sq.) [2]) aut ad genus hominum *μήτε ἀρετῆς κομιδῇ ἐπήβολον μήτ' εἰς κακίαν ἐσχάτην παντάπασιν ἐκκεκυλισμένον* 30. 3 e Platonis, non ut Davisius voluit, symposio, sed e republica, aut ad Thraciam *ἐπῳδὴν* 34. 4 e Charmide 156 b aut ad Socratem in Piraeo precantem 11. 8 e republ. I 327 a, facile intelliges quam Maximus memoria Platonem tenuerit. Alia autem, ut Aristodemum Socratis amatorem, quem Plato in convivio (17. 36) *σμικρὸν* appellavit, apud Maximum (3. 10) *αἰσχρὸν* describi, Amorem e Poro et Penia non cum nata Venere, ut Plato finxit (symp. 203 b), dies festus ageretur, sed cum nuptiae eius essent, natum esse 10. 4; Critobulum non Critiam Euthydemi amatorem fuisse 26. 8 per se apparet memoriae errores esse, quales homini omnia e memoria et e tempore loqui solito accidisse non mirum est. — Multas denique Platonicas aut sententias aut rationes apud Maximum inveniri nonnisi inde explicatur, quod Platonis scripta, quae quidem tum legebantur, omnia et saepius legit. Ex. gr. e verbis quae exstant in orat. 24. 5 *ἐγὼ μὲν γὰρ θαυμάζω καὶ ἐκπλήττομαι, ὅπως τὰ μὲν Ὁμήρου ἔπη τῆς θαυμαστῆς πολιτείας καὶ τροφῆς τῶν νέων ἀπεπέμψατο αὐτῷ Ὁμήρῳ, ἐρίῳ στεφανώσας τὸν ποιητὴν καὶ χρίσας μύρῳ, αἰτιασάμενος τὴν παρρησίαν τῶν ἐπῶν· ὅτι ὁ Ζεὺς πεποίηται αὐτῷ τῇ Ἥρᾳ μισγόμενος ἐν τῇ Ἴδῃ, νεφέλης αὐτοὺς καλυπτούσης ἀθανάτου, καὶ Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης συνουσία, καὶ Ἡφαίστου δεσμὰ, καὶ θεοὶ πίνοντες, καὶ γελῶντες θεοὶ ἄσβεστον γέλωτα καὶ Ἀπόλλων φεύγων, καὶ Ἀχιλλεὺς διώκων .. καὶ ὀδυρόμενοι θεοί· ὤμοι ἐγὼν, ὅτε μοι Σαρπηδόνα φίλτατον ἀνδρῶν, ὁ Ζεὺς λέγει, καὶ αὖθις αὖ, ὤμοι ἐγὼ δειλὴ, ὤμοι δυσαριστοτόκεια, ἡ Θέτις λέγει* facile puto intelliges, Maximum, cum notae illius rei, Homerum a Platone e republica dimissum esse, mentionem faceret, simul ipsa Platonis e republica (III 388 sq.) ita praesto habuisse, ut eadem non solum sententias aut verba, sed etiam exempla et Homericos versus, atque ille, adhiberet. Quam libere autem talibus memoriae semel impressis uti potuerit, eadem haec Platonica altera ex parte de Hippocrate 23. 3 altera ad illustrandum fatum 11. 5 pronuntiata demonstrant. — Socratis defensorem, uti solebant Platonici, acturo multa ei e Platonis apo-

---

2) cf. de urbe condenda republ. II 369 φύλακες II 375 Ἀθηναῖος ξένος de leg. I 624.

logia in mente haerebant, velut illud, non decuisse Socratem per totam vitam virtutem sectatum ab ea decedere, ne moreretur (9. 7 cf. apol. 28 d), aut *καταγέλαστον* esse senem philosophum *συναστραγαλίζοντα τοῖς παισὶν* (9. 6) quae ad Platonis *οὐδὲ γὰρ ἂν δήπου πρέποι τῇδε τῇ ἡλικίᾳ ὥσπερ μειρακίῳ πλάττοντι λόγους εἰς ὑμᾶς εἰσιέναι* (apol. 17 d) remittunt, aut non decuisse Socratem, ut solveretur, apud iudices loqui, quae sua ipsius et gravitate et constantia indigna essent (9. 3, cf. apol. 38. d, 34. c) aliaque quae cum Xenophonteis haud paucis interpositis, fortasse quoque quibusdam hic illic e posteriorum memoria sumptis [3]) fundamento ei defensionis suae erant. Quin mirum et prorsus singulare illud, apud iudices Socratem omnino nulla verba fecisse, id quod in hac oratione probandum sibi proposuit, nil esse equidem affirmaverim nisi fictionem rhetoricam ex ipsius Socratis apud Platonem verbis (38. e) exortam atque, quo maior in auditores effectus esset, eo maioribus argutiis artificiisque a Maximo propter id ipsum veritatem non tam curante exornatam. — Alio porro loco 26/27 ipsam rationem, qua Plato orationes de amore duas pro et contra fictas in Phaedro inter se composuit, ipse de amore locutus Maximus in suum usum vertit atque artificium, a quo ille alteram suam incepit: *οὐκ ἔστ᾽ ἔτυμος ὁ λόγος* sq. (Phaedr. 242 d) integrum in vicesima septima sibi arripuit. — De amore locutus, qui sit secundum Platonem, paucis historiis, sicut vulgatae erant, praemissis, cum Platonicis plerumque orationem suam exornavit [4]). Tum ipsis Phaedri verbis, quibus iam ante Socratem Sappho et Anacreontem de amore cogitasse Plato dixit, ad comparationem, quam inter Socratis dicta Sapphusque et Anacreontis versus nona paragrapho instituit, ut equidem puto, adductus est. — In iis quoque, quae de liberalibus artibus (37. 3) dixit, Platonem ipsum ei in mente fuisse inde sequitur, quod singulas artes ex illius sententia enumeravit, musicam autem et geometriam etiam

---

3) Ut res illa a multis sequioribus (Plut. de invid. et od. cap. 6 Diog. Laert. II 113 Orig. c. Cels. I p. 5 Themist. orat. 20. 239 a cf. Menagius ad Diog. Laert. illum locum) diserte commemorata, poenituisse Athenienses Socratis mortui.

4) Ut iis quae de Socratis amore (§ 4) e Charmide e Phaedro inprimis e symposio exposuit cf. ἔρωτα ἀναπλάττει αἰσχρὸν ἰδεῖν καὶ πένητα ἀνυπόδητον χαμαιεύνην ἐπίβουλον θηρευτικὸν φαρμακέα σοφιστὴν γόητα cum Platonis πένης ἀεί ἐστι . . . σκληρὸς καὶ αὐχμηρὸς καὶ ἀνυπόδητος . . . χαμαιπετὴς . . ἐπίβουλος . . θηρευτὴς δεινὸς . . . δεινὸς γόης καὶ φαρμακεὺς καὶ σοφιστὴς 23 c.

iisdem cognominibus atque ille appellavit (ξυνερίθω τε καὶ ξυνίστορε φιλοσοφίας republ. VII 533, quod ceterum editores fugit). Ad Platonicam porro genuinam inter et falsam artem medicam divisionem e Gorgia (464. b) notam Maximum spectasse, cum dixerit ἐκολάκευσεν ἀνθρώπους καὶ ἰατρικὴ νόθος, ὅτε τὴν Ἀσκληπιοῦ καὶ τὴν Ἀσκληπιαδῶν ἴασιν καταλιπόντες οὐδὲν διαφέρουσαν ἀπέφηναν τὴν τέχνην ὀψοποιικῆς, πονηρὰν κόλακα πονηρῶν σωμάτων (20. 8) inde efficitur, quod idem de medicina alibi locutus (10. 2) plane aliam de ea opinionem protulit. — Accedit his series singularum sententiarum, quales ingeniosum quendam si attente saepius legimus, solemus vel inscii nonnumquam nobis assumere. Apud Maximum hae sunt: ἀνάγκη ἢ εὑρόντα εἰδέναι ἢ μαθόντα 16. 5 quam divisionem Platonem adamasse K. F. Hermann docuit (de Socr. mag. p. 37 adn); si iniuriam adferre, etiam referre πονηρὸν 18. 5 (cf. Crito 49. b [= Stob. flor. 10. 27] οὐδαμῶς δεῖ ἀδικεῖν οὐδὲ ἀδικούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν), ubi ipsa particula καθόλου, a qua enuntiatum incepit, praeter ea, quae modo exposuit, novam ei hanc sententiam in mentem venisse indicat; qui amant, libentissime, si lyram aut iaculum aut sellam ab amato relictam aspiciunt, illius reminiscuntur 8. 10, 16. 7 e Phaed. 73 d; qui statuam vidit, artem laudat, non tamen statuam amat 27. 8, 26. 9 cf. Phaedr. 251; non nefas est mentiri, modo ἐπ᾽ ἀγαθῷ τοῦ μαθόντος fiat 19. 3 republ. II 382 c, III 389 b; suam quaeque ars habet περιγραφὴν neque potest alteram altera docere 38. 5 cf. Ion 537 b. — Sed omnia haec legentis magis sunt, quam cogitantis de iis, quae ante oculos habuit aut mente ea percipientis, neque his certe Platonici cognomen Maximus meruit. Iam igitur quaerendum est, num inveniantur, unde Platonem eum intellexisse effici possit i. e. ubi certo eo consilio ad eum recurrit, ut sententiis eius aut ratiocinationibus, prout res postularet, aut integris aut immutatis ea, quae sibi ipsi proposuit, probaret. Videntur mihi huius modi esse, quae de arte musica in oratione tricesima septima ex parte e Platonis legibus (III 700 a sq. cf. republ. III 398 c sq), ut ipsa comparata inter se docent, sumpta exposuit. Nam cum sibi persuasisset, veras liberales artes eas esse, quae non voluptatem sed unam virtutem excitarent, atque Platonis recordaretur, qui aliquid simile ei videbatur protulisse, totam eius sententiam, ubi de liberalibus artibus agebat, in

suum usum vertit certo eo consilio ut hac Platonis doctrina ipsius opinioni auctoritatem adferret; temere enim ad Platonem eum delapsum esse propterea vetitum est credere quod alio quoque loco ad eum allusit (20. 8). — Cautio nobis est in ceteris; quae de animae graviditate et de arte obstetricia habet (16. 4), non est quidem, cur non e Socratis verbis, quae in Theaeteto leguntur (150. b), aut e Symposio deducere sibi potuerit; sed cum *ψυχῆς κύησιν* mentem, *ὠδῖνας* sensum, partum ipsum reminiscentiam plane e posteriorum temporum consuetudine mystice appellaverit, nescio utrum ea ex ipso Platone sumpta de suo hunc in modum interpretatus sit, an scholarum doctrina ei hoc suppeditaverit. Neque secus de oratione iudicandum est, quam de daemonibus habuit quartam decimam; quae illic leguntur (in § 8) verba *εἰσὶ δὲ αὐτῷ* (scil. *θεῷ*) *φύσεις ἀθάνατοι δεύτεραι, θεοὶ καλούμενοι δεύτεροι, ἐν μεθορίᾳ γῆς καὶ οὐρανοῦ τεταγμένοι* sq., e notissimis illis Platonici symposii (202. e) *πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ* sq. defluxerunt — nam cum verba saepius eadem tum eandem cum interpretibus comparationem atque Plato Maximus protulit —; sed argumenta, cur omnino daemones esse credendum sit, et ratio, qua haec, apud ipsum Platonem nil nisi poetarum more ficta, in Platonicam de summo deo doctrinam inserta sunt, non nisi e schola Platonica ad Maximum venerunt.

II. Sed fortasse haud inutile est paucis exponere, qualis illis temporibus fuerit scholarum doctrina Platonica. Habemus Apuleii libellum de dogmate Platonis Faustino filio eo consilio dedicatum, ut Platonis ei notitiam brevi aperiret; paucis de Platonis vita et scriptis praemissis — id quod propositum eius optime illustrat — singula eius placita adeo summatim plerumque et spreta omni — in priore quidem parte — explicatione argumentationeve philosopha enumeravit, ut ipsum Platonem ei ante oculos fuisse, quamvis verba eius hic illic ipsa adferantur, tamen certissime negandum sit. Similis est Albini libellus ab ipsa *διδασκαλία τῶν κυριωτάτων Πλάτωνος δογμάτων* nominatus; etiam hic inveniuntur placita aridis plerumque verbis enumerata, quamquam hunc paulo accuratius ea explicare studuisse verba velut *ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, ἐντεῦθεν ἂν γένοιτο δῆλον* cap. 2 alia indicant; sed neque hoc nec singuli Platonis dialogi hic

illic citati quidquam valent; immo, cum etiam Arii Didymi epitomen Platonicae doctrinae cum in singulis tum quod ad compositionem et distributionem capitum Albini simillimam esse optime Dielesius docuerit (dox. proleg. p. 77 sq.), ad certam quandam compendiariam horum temporum traditionem deducimur. Firmatur hoc enumeratione placitorum Platonicorum, quam dedit Diogenes Laertius brevissimam, fere capita tantum amplexam, et accedit Sallustius, qui quamquam Neoplatonicus tamen Platonica e quibus illi egressi suam sibi doctrinam exstruxerunt, plane eodem modo atque priores illi in libro suo de deis et mundo conscripto exposuit. Ex eodem comperimus, et quae fuerint de quibus disserebant, et quem admodum de iis disserere soliti sint: postquam de mythopoiia Platonica dixit (cap. 5 fragm. phil. Mull. vol. III), pergit *ἀκόλουθον δὲ τούτοις ἐστὶ τήν τε πρώτην αἰτίαν τιθέναι καὶ τὰς μετ᾽ ἐκείνην τάξιν τῶν θεῶν καὶ τὴν κόσμου φύσιν, νοῦ τε καὶ ψυχῆς τὰς οὐσίας, πρόνοιάν τε καὶ εἱμαρμένην καὶ τύχην, ἀρετὴν καὶ κακίαν καὶ τὰς ἐκ τούτων γιγνομένας ἀγαθάς τε καὶ φαύλας πολιτείας ἰδεῖν, καὶ πόθεν ἄρα τὰ κακὰ εἰς τὸν κόσμον ἀφίκετο.* Et profecto haec capita fuisse, quae inprimis ponere solebant, videbis, cum eos inter se comparaveris. Etiam Galeni nomine quae fertur philosophicae historiae quae insunt Platonicae doctrinae frustula, certissime, cum totum illud opusculum inter *ὑπομνήματα σχολικὰ* habendum sit (Diels dox. p. 241), ex hoc traditionis fonte fluxerunt, neque secus ea quae in Aetii aliorumque collectaneis Platonis placita inserta inveniuntur. Cum autem tot homines inter se artius, quam solent, quibus una eadem doctrina familiaris sit, cohaerere negandum sit, immo permulta pro unius cuiuscumque aut licentia aut negligentia aut studio aut consilio ab alio aliter vel adhibita vel formata sint, statuendum est, hanc certam fuisse Platonicae doctrinae formam nescio quo tempore fixam, omnibus e scholarum consuetudine notam, ibique ab alio alius memoriae mandatam. — Qualem haec speciem fere praebuerit, ex hacce comparatione disces, in qua, molestas ut iterationes effugiam, statim ea quae apud Maximum consentiant, adponam.

Tria statuit Plato rerum initia esse deum materiam ideas; sic Apuleius I 4 Albinus 8 Plutarchi epitome (Diels p. 287), sic et Diogenes Laert., qui quamquam initio de duobus locutus III 69 postea

tamen inter *αἰτία* etiam *ἰδέας* habendas esse censuit (III 77). Primum deum unum esse, aeternum, quem dicere nemo queat, quasque alias eius virtutes Plato finxit, omnes pronuntiant et singula eius nomina apud singulos uti par est redeunt:

Albin. 10. καὶ μὴν ὁ πρῶτος θεὸς ἀΐδιός ἐστιν, ἄρρητος, αὐτοτελὴς τ. ε. ἀπροσδεὴς, ἀειτελὴς τ. ε. ἀεὶ τέλειος, παντελὴς τ. ε. πάντη τέλειος, θειότης, οὐσιότης ἀλήθεια, συμμετρία, ἀγαθὸν . . .

Apul. I 5 is unus ἀπερίμετρος rerumque genitor rerumque omnium exorsor, beatus et beatificus, optimus, nil indigens, ipse conferens cuncta, quem quidem coelestem pronuntiat, indictum, innominabilem et, ut ait ipse, ἀόρατον ἀδάμαστον.

Max. 8. 10. ὁ μὲν γὰρ θεὸς. . κρείττων χρόνου καὶ αἰῶνος . . ἀνώνυμος νομοθέταις, καὶ ἄρρητος φωνῇ καὶ ἀόρατος ὀφθαλμοῖς cf. 17. 9 τὸ δὲ θεῖον αὐτὸ ἀόρατον ὀφθαλμοῖς, ἄρρητον φωνῇ sq.

Iam hic possumus collatis aliis Maximi quandam ratiocinationem miram primo obtutu visam ad originem reducere. In oratione tricesima octava demonstrare sibi proposuit, hominem nisi *θείᾳ μοίρᾳ* bonum non fieri. Postquam per quinque paragraphos rhetoricae suae garrulitati indulgens vana ac vilia protulit, philosopham rationem, quales orationibus inseruisse eum vidimus, hancce exposuit: *τὸ θεῖον πάντως πῃ τίθεσαι τελεώτατον καὶ αὐταρκέστατον καὶ ἰσχυρότατον, ὧν* (sic scrib. censeo pro codicis *ὡς*) *εἴ τι ἀφέλοις λυμανεῖ τῷ ὅλῳ· εἰ γὰρ μὴ τέλεον, οὐκ αὔταρκες· εἰ δὲ οὐκ αὔταρκες, οὔπω τέλεον. εἰ δὲ μή⟨τε⟩* [1]) *αὔταρκες μήτε τέλεον, πῶς ἰσχυρὸν* sq. Videmus summam argumentationis esse, deum omnia bona dare cum et velit et possit i. e. perfectum eum esse. Eandem ratiocinationem Iulianus de dei virtutibus locutus (orat. IV 142 d) usurpavit. Ipsum audias: *οὐκ ἄλλο μέν ἐστιν οὐσία θεοῦ, δύναμις δὲ ἄλλο, καὶ μὰ Δία τρίτον παρὰ ταῦτα ἐνέργεια· πάντα γὰρ, ἅπερ βούλεται, ταῦτα ἔστι καὶ δύναται, καὶ ἐνεργεῖ· οὔτε γὰρ ὃ μὴ ἔστι, βούλεται, οὔτε ὃ βούλεται δρᾶν, οὐ σθένει, οὐθ᾽ ὃ μὴ δύναται, ἐνεργεῖν ἐθέλει.* Iterum videmus dei *τελειότητα* illustratam. Tertius accedit Sallustius ille eadem, quamquam paululum coartata, ratione deum omnia facere probare posse sibi visus: *εἰ δὲ μὴ πάντα ποιοῦσι θεοὶ, ἢ βουλόμενοι οὐ δύνανται, ἢ δυνάμενοι οὐ βούλονται· ὧν οὐδέτερον οὐ πρέπει θεῷ.* Cum autem etiam Origenes hic e Platonicorum ore locutus contra Celsum, qui deum malum et corrigere, quamvis nosset, et potuisse corrigere quamvis vellet, i. e. perfectum esse, negaverat (en verba eius *οἶδε μὲν,*

---

1) hoc supplendum esse benigne me monuit de Wilam.

οὐκ ἐπηνώρθου δὲ, οὐδ' οἷόν τε αὐτῷ θείᾳ δυνάμει ἐπανορθοῦν c. Cels. 163), *τελειότητα* eius simili ratiocinatione defenderit, certam apparet Platonicorum hanc rationem fuisse, qua dei illam virtutem inter gravissimas habitam tuerentur. — Iam materiam apud Albinum (cap. 8) *ἐκμαγεῖόν τε καὶ πανδεχὲς καὶ τιθήνην καὶ μητέρα καὶ χώραν* esse atque *πᾶσαν γένεσιν ὑποδέχεσθαι καὶ πάντα ἀναδέξασθαι τὰ εἴδη, αὐτὴν δὲ καθ' αὑτὴν ἄμορφόν τε ὑπάρχειν καὶ ἄποιον καὶ ἀνείδειον* neque *σῶμα* esse neque *ἀσώματον*, apud Diogenem Laertium *ἀσχημάτιστον καὶ ἄπειρον* (III 66) *ἄμορφον* (III 76), apud Apuleium (I 5) improcreabilem, incorruptum, ex omnibus primam figuram capacem factionique subiectam, adhuc rudem et figurationis qualitate viduatam, infinitam neque corpoream sed ne sane incorpoream, in Plut. epit. (Diels 308) *σωματοειδῆ, ἄμορφον, ἀνείδειον, ἀσχημάτιστον, ἄποιον μὲν ὅσον ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ φύσει, δεξαμένην δὲ τῶν εἰδῶν οἷον τιθήνην καὶ ἐκμαγεῖον καὶ μητέρα γενέσθαι* legimus. Ideas Albinus voluit *νοήσεις θεοῦ αἰωνίους τε καὶ αὐτοτελεῖς* vel *παραδείγματα τῶν κατὰ φύσιν αἰώνια* esse (9); cum altera definitione cf. Plut. epit. (Diels 309) *Πλάτων χωριστὰς τῆς ὕλης οὐσίας τὰς ἰδέας ὑπολαμβάνει ἐν τοῖς νοήμασι καὶ ταῖς φαντασίαις τοῦ θεοῦ τ. ε. τοῦ νοῦ ὑφεστώσας*, cum altera Apuleius (I 6) ideas vero i. e. formas omnium simplices et aeternas esse nec corporales, esse tamen ex iis quae deus sumpserit exempla (*παραδείγματα*) rerum sq. Iam de mundo ex primis elementis composito eorumque inter se ratione haecce conferantur.

Apul. I 7 prima elementa esse progenita ignem et aquam, terram et aerem . . quae cum inordinata permixtaque essent, ab illo aedificatore mundi deo ad ordinem numeris et mensuris in ambitum deducta sunt. haec a plurimis elementis ad unum redacta esse et ignem quidem et aera et aquam habere originem atque principium ex trigone, qui fit trianguli recti non paribus angulis. terram vero directis

Albin. 12 ἐκ τῆς πάσης ὕλης (τὸν κόσμον ἐδημιούργει). . ἣν ἀτάκτως καὶ πλημμελῶς κινουμένην πρὸ τῆς οὐρανοῦ γενέσεως ἐκ τῆς ἀταξίας παραλαβὼν πρὸς τὴν ἀρίστην ἤγαγε τάξιν, ἀριθμοῖς πρέπουσι τὰ μέρη κοσμήσας αὐτοῦ καὶ σχήμασιν . . cap. 13 ταῦτα δὲ τὰ τέτταρα συλλαβὼν ὁ δημιουργὸς τοῦ κόσμου διεσχημάτισε πυραμίδι καὶ κύβῳ καὶ ὀκταέδρῳ καὶ εἰκοσαέδρῳ καὶ

Diog. Laert. III 70 sq. τραπέσθαι δὲ τὴν οὐσίαν ταύτην εἰς τέτταρα στοιχεῖα, πῦρ, ὕδωρ, ἀέρα, γῆν. ἐξ ὧν αὐτόν τε τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γεννᾶσθαι· μόνην δὲ τὴν γῆν ἀμετάβολον εἶναί φησι. νομίζων αἰτίαν τὴν τῶν σχημάτων διαφορὰν ἐξ ὧν σύγκειται· τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ὁμογενῆ φησιν εἶναι τὰ σχήματα· ἅπαντα γὰρ ἐξ ἑνὸς συγκεῖσθαι τοῦ προμήκους τριγώνου, τῆς δὲ γῆς ἴδιον εἶναι τὸ σχῆμα·

quidem angulis trigonis et vestigiis paribus esse, et prioris quidem formae tres species existere, pyramidem octangulum et vigintiangulum. Sphaeram et pyramidem figuram ignis in se habere, octangulum vero aeris, angulatam vicies sphaeram aquae dicatam esse, aequipedum vero trigonum efficere ex sese quadratum, cubon, quae terrae sit propria.

ἐπὶ πᾶσι δωδεκαέδρῳ. καὶ καθὸ μὲν πυραμίδος σχῆμα ἔλαβεν ἡ ὕλη, πῦρ ἐγένετο . . . . καθὸ δὲ ὀκταέδρου τὴν ἀέρος ποιότητα ἀπέλαβε, καθὸ δὲ εἰκοσαέδρου τύπου, τὴν ὕδατος ποιότητα ἔσχε. τὸ δὲ τοῦ κύβου σχῆμα ἀπεδίδου τῇ γῇ sq.

πυρὸς μὲν γὰρ εἶναι στοιχεῖον πυραμίδα, ἀέρος τὸ ὀκτάεδρον, ὕδατος τὸ εἰκοσάεδρον, γῆς δὲ κύβον, ὅθεν μήτε γῆν εἰς ταῦτα μεταβάλλειν, μήτε ταῦτα εἰς γῆν.

cap. 8. mundum omnem ex omni aqua totoque igni et aeris universitate cunctaque terra esse factum (cf. Albini ἐξ ἑκάστου γὰρ ὅλου τῶν τεττάρων αὐτὸς στοιχείων ἐγέννησε πυρός τε παντὸς καὶ γῆς ὕδατός τε καὶ ἀέρος) haec autem invicem ex se inter se apta et connexa esse. idcirco in igne atque terra aqua et aere esse situs. et sicut ignis aeri cognatione coniungitur, ita humor affinitati terrenae iugatur. Hinc unum esse mundum, in eoque omnia, nec relictum locum in quo alius, neque elementa superesse ex quibus alterius mundi corpus possit esse. Ad haec attributa est ei perpetua iuventa et inviolenta valetudo. eoque nil praeterea extrinsecus est relictum quod corrumpere posset. . idcirco autem et perfectissimo et pulcerrimo mundo motus pulcrae et perfectae sphaerae a fabricatore deo quaesitum est, ut nil sit indigens, sed operiens omnia

cap. 12. κατὰ δὴ τὸν εἰκότα λόγον ἐκ γῆς αὐτὸν καὶ πυρὸς ἐποίησε, ἐπεὶ δὲ καὶ δεσμὸν ἔδει τινὰ συνάγωγον ἀμφοτέρων ἐν μέσῳ γενέσθαι· θεῖος δὲ δεσμὸς ὁ τῆς ἀναλογίας, . . δυοῖν ἐδέησεν αὐτῷ μεσοτήτων εἰς συναρμογήν. διά τοῦτο πυρὸς ἐν μέσῳ καὶ γῆς ἀήρ τε καὶ ὕδωρ ἐτάχθη, ὥστε ὡς ἔχει πῦρ πρὸς ἀέρα, οὕτως ἔχειν ἀέρα τε πρὸς ὕδωρ καὶ τοῦτο πρὸς γῆν καὶ ἀνάπαλιν· τῷ δὲ μηδὲν ἔξωθεν ὑπολείπεσθαι· καὶ μονογενῆ τὸν κόσμον ἐποίησε . . πρὸς δὲ τούτοις ἄνοσον καὶ ἀγήρω, ἅτε αὐτῷ μηδενὸς προςιόντος τοῦ κηραίνειν πεφυκότος. αὐτάρκη τε καὶ οὐδενὸς ἔξωθεν δεόμενον. σχῆμα δὲ αὐτῷ περιέθηκε τὸ σφαιροειδὲς εὐμορφότατον σχημάτων καὶ πολυχωρότατον καὶ εὐκινητότατον. καὶ ἐπεὶ οὔτε ὁράσεως ἐδεῖτο, οὔτε ἀκοῆς, οὐδὲ μὴν ἄλλου τοιούτου τινὸς, οὐ προςῆψεν αὐτῷ τοιαῦτα ὄργανα πρὸς ὑπηρεσίαν. ἀφελόμενος δὲ τὰς

Diog. Laert. III 73 συνεστάναι δὲ τὸν κόσμον ἐκ πυρὸς ὕδατος ἀέρος γῆς· ἐκ πυρὸς μὲν, ὅπως ὁρατὸς ᾖ, ἐκ γῆς ὅπως στερεὸς· ἐξ ὕδατος δὲ καὶ ἀέρος, ὅπως ἀνάλογος· αἱ γὰρ τῶν στερεῶν δυμάμεις δύο μεσότητες ἀναλογοῦσι ὡς ἐν γενέσθαι τὸ πᾶν.

coercensque contineat, pulcer et admirabilis, sui similis sibique respondens . . . sex (quos motus enumeravit) remotis haec una (in gyrum) mundo relicta est sapientiae et prudentiae propria.	λοιπὰς κινήσεις μόνην αὐτῷ δέδωκεν τὴν κοσμοφορικὴν νοῦ καὶ φρονήσεως οἰκείαν ὑπάρχουσαν. cf. Diog. Laert. l. a. κόσμον δὲ εἶναι ἕνα γεννητὸν . . ἕνα τε αὐτὸν καὶ οὐκ ἄπειρον κατεσκευάσθαι, ὅτι καὶ τὸ ὑπόδειγμα ἓν ἦν, ἀφ' οὗ αὐτὸν ἐδημιούργησε· σφαιροειδῆ δὲ διὰ τὸ καὶ τὸν γεννήσαντα τοιοῦτο ἔχειν σχῆμα. Diog. 72. λεῖον δὲ καὶ οὐδὲν ὄργανον ἔχοντα κύκλῳ διὰ τὸ μηδεμίαν εἶναι χρῆσιν αὐτῶν.

Etiam hinc lux quaedam in Maximum affluit. Prima elementa una terra excepta aliud in aliud transire certam Platonicorum doctrinam fuisse ex Apuleii Albini Diogenis consensu elucet, atque aliis quoque locis (Galeni hist. Diels 616 Aetii Diels 315) confirmatur; e Platonica igitur traditione non habuit Maximus, quae de elementis binis inter se contrariis tertio utriusque aliquid continente coniunctis exposuit (15. 3). — Iam tres illi auctores eundem explicationis filum in universum tenentes loquuntur de anima animantium non corporea, nec sane peritura, a fabricatore deo exornata (Apul. 9. Albin. 14), de tempore aevi imagine (Apul. 10 Albin. 14 Diog. L. 73), de animantium quattuor generibus primo deorum visibilium quippe ex igne constantium i. e. stellarum (quas enumerant Saturni Iovis Martis Veneris Mercurii solem lunam Albin. 14 Apul. 11 Aetius (Diels 344 Ps. Arist. de mundo cap. 2), altero volantium, tertio quarto terreno aquatili, Apul. 11 Albin. 15/16 Diog. L. 75 cf. Aetius (Diels 432), de deorum tribus generibus; atque hic iterum paululum subsistamus. Nam cum obicere possis, ex iis, quae adhuc attuli, nil effici, ut quae omnia eodem fere ordine plerumque et verbis iam in Timaeo legantur, hic habemus, unde certe compendiariae posteriorum temporum traditionis vestigia illos pressisse sequitur. Unus quisque si ex ipso illo libro sua hausisset, hic ea exposita exspectares, quae in Timaeo eodem loco de daemonibus legimus sane fabulosa poetarumque more ficta. At contra

uterque theologiam protulit, quam post Platonem demum ex eo deductam atque per scholasticam institutionem vulgatam esse certissime constat; est igitur communis eorum fons posteriorum temporum doctrina Platonica. Ecce autem ipsam theologiam, qualem Albinus Apuleiusque verbis suis expresserunt: tria sunt genera deorum; primus ille summus est omnium rerum pater et fabricator, qui mundum creavit, et omnia quae mundus complectitur. Hic quos habet filios et natos ex eo deos *γεννητούς*, alterum et tertium genus efficiunt, alii visibiles, caelicolae, i. e. astra ceteraque huius generis numina, alii *ἀόρατοι*, i. e. daemones, quibus *τὰ ὑπὸ σελήνην πάντα καὶ τὰ ἐπίγεια ὑποτέτακται* i. e. dei summi interpretes et ministri hominum adiutores et tutores. Quacum conferas hancce theologiam apud Aetium in brevem placiti formam coartatam (Diels 304) *τούτου δὲ* (scil. summi dei) *πατρὸς καὶ ποιητοῦ τὰ ἄλλα θεῖα ἔκγονα νοητὰ μὲν* (*ὁ νοητὸς λεγόμενος κόσμος*) *ἐναιθέριοί τινες δυνάμεις καὶ ἐναέριοι καὶ ἔνυδροι, αἰσθητὰ δὲ τοῦ πρώτου θεοῦ ἔκγονα ἥλιος σελήνη ἀστέρες γῆ καὶ ὁ περιέχων πάντα κόσμος*: vides quo e litterarum genere Apuleii Albini verba profluxerint. Iam tertius accedit testis ipse Maximus eadem theologia usus 17. 12. *εἰ δὲ ἐξασθενεῖς πρὸς τὴν τοῦ πατρὸς καὶ δημιουργοῦ θέαν, ἀρκεῖ σοι . . . προσκυνεῖν τὰ ἔκγονα πολλὰ καὶ παντοδαπὰ ὄντα . . . τοῦτο μὲν κατ' οὐρανὸν αἱ ἀστέρων φύσεις, τοῦτο δὲ αὖ κατ' αἰθέρα αἱ δαιμόνων οὐσίαι . . .* (et paulo post, ubi de visibilibus et invisibilibus deis loquitur). Non dubium igitur potest esse hanc vulgatam illius aetatis fuisse de deis doctrinam scholasticam [2]). Iam pergunt illi loqui de providentia, neque ad fati sortem referenda esse omnia Apul. 12 Albin. 26, de hominum procreatione (iterum ad Timaei similitudinem Albin. 17—21, Apul. 14—18) de anima sese ipsam movente, tripartita et de affectibus uni cuique eius parti propriis Apul. 13 Albin. 23 Diog. Laert. 67. 90). Tum novo capite incepto (Apul. libelli sui secundam partem [librum] inchoat, Albin. *ἑξῆς δ' ἐπὶ κεφαλαίων περὶ τῶν ἠθικῶν τῷ ἀνδρὶ εἰρημένων ῥητέον* 27. Diog. Laert. *περὶ δὲ ἀγαθῶν ἢ κακῶν τοιαῦτα ἔλεγε* 78) haecce exposuerunt. Primum bonum deus est, cuius naturam et invenire difficile est, et ad multorum notitiam perferre (*τὸ μὲν δὴ τιμιώτατον*

---

2) Eandem ceterum Xenocratis nomine adposito explicat Aetius (Diels 304).

καὶ μέγιστον ἀγαθὸν [*ὅπερ θεόν τε καὶ νοῦν τὸν πρῶτον προσαγορεύσαι ἄν τις* paulo post] *οὔτε εὑρεῖν ῥᾴδιον οὔτε εὑρόντας ἀσφαλὲς εἰς πάντας ἐκφέρειν* Albin. 27, quod idem Platonis ipsius dictum Apuleius de deo iam antea protulit I 5; hic dixit prima bona esse deum summum sq. II 1) secundum est primum illud bonum intelligere i. e. *ἐξομοίωσις θεοῦ* sive virtutum exercitatio (Albin. *τὸ μέν τοι ἡμέτερον ἀγαθὸν ἐτέθετο ἐν τῇ ἐπιστήμῃ καὶ θεωρίᾳ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ* Apul. secundum ea, quae ex priorum fonte profluerent, esse animi virtutes prudentiam iustitiam *σωφροσύνην* fortitudinem) haec autem divina esse bona, cum ea quae multi bona putent, nisi e virtute profluant bona, non habenda sint (Albin. *τὸ ἡμέτερον ἀγαθὸν καλὸν εἶναι καὶ θεῖον . . . καὶ δαιμονίως πως καλούμενον· τῶν δὲ λεγομένων ὑπὸ τῶν πολλῶν ἀγαθῶν οἷον ὑγείας κάλλους τε καὶ ἰσχύος καὶ πλούτου . . . μηδὲν εἶναι καθάπαξ ἀγαθόν, εἰ μὴ τύχοι τῆς ἀπὸ τῆς ἀρετῆς χρήσεως* Apul. quapropter divina esse atque simplicia virtutes animi; humana autem bona ea quae quorundam essent quae cum corporis commodis congruunt . . . quae sapientibus et cum ratione ac modo viventibus sunt sane bona) virtutem *αὐτάρκη εἶναι πρὸς εὐδαιμονίαν* (Albin. cf. Diog. Laert. 78) sapientem, sive habet, quae ad veram beatitudinem necessaria sunt, sive non habet, *εὐδαίμονα* esse (Albin. 27 vers. finem Diog. L. 78), finem esse *ὁμοίωσιν θεῷ*, hanc autem *δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι* (Albin. 27 Diog. L. 78), quod ut fieri possit, opus esse *φύσει τῇ προσηκούσῃ ἔθεσί τε καὶ ἀγωγῇ καὶ ἀσκήσει τῇ κατὰ νόμον καὶ τὸ κυριώτατον λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ καὶ θεωρημάτων παραδόσει* (Albin. 28 cf. Apul. eas vero, quae perfectae sunt (virtutes scil.) individuas sibi et inter se connexas esse id eo maxime arbitratur: quod ei cui sit egregium ingenium, si accedat industria, usus etiam et disciplina quam dux rerum ratio fundaverit, nil relinquetur, quod non virtus administret 6 cf. Diog. L. 79.) Diu hoc *ἐνθύμημα* inchoatum a Platone (republ. 6. 492 *ἣν τοίνυν ἔθεμεν τοῦ φιλοσόφου φύσιν ἂν μὲν μαθήσεως προσηκούσης τύχῃ εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀνάγκη αὐξανομένην ἀφικνεῖσθαι* sq.) excultum a Peripateticis hunc in modum *ἐκ τριῶν συμβεβηκέναι τὴν ἀρετὴν τελειοῦσθαι, φύσεως ἔθους λόγου* (Stob. ecl. II 118 cf. Wachsmuthii editoris adnotatio) receptum a Stoicis (Cic. de leg. I 12. 33 [quocum conferas

quaeso Musonium ap. Stob. flor. 29. 78] alii de quibus inspiciatur Lipsii manuductionis ad philos. stoic. libr. II diss. X) apud sequiores popularis philosophiae sectatores servatum est sive stoicos (Ps. Plut. de vit. et poes. Hom. cap. 144 Zenonis epist. (Hercher 792) *φύσις δὲ εὐγενὴς μετρίαν ἄσκησιν προςλαβοῦσα ἔτι δὲ τὸν ἀφθόνως διδάξοντα ῥᾳδίως ἔρχεται πρὸς τὴν τελείαν ἀνάληψιν τῆς ἀρετῆς*) sive Platonicos (Ps. Plut. de educ. liber. cap. 4 *εἰς τὴν παντελῆ δικαιοπραγίαν τρία δεῖ συνδραμεῖν φύσιν καὶ λόγον καὶ ἔθος*) quorum e scholis ad Maximum pervenisse cum verbis eius 33. 9 *ἐνθυμητέον, ὅτι φύσεως δεῖ πρῶτον χρηστῆς . . . καὶ μετὰ τοῦτο τροφῆς καὶ ἔθους πρὸς σωτηρίαν τῆς φύσεως . . . ἐπὶ δὲ τούτοις προςελθεῖν δεῖ τέχνην* (i. e. *θεωρητικὸν* et *πρακτικὸν ἀρετῆς εἶδος*) *ἐπισφραγιζομένην βεβαιότητι τὰ τῶν παθῶν μέτρα* Albini Apuleiique ea quae supra attuli collata extra dubitandi aleam ponunt. — Virtutem *διάθεσιν ψυχῆς τελείαν καὶ βελτίστην* esse (Albin. 29 Apul. 5: sed Plato virtutes esse habitum dicit optimae mentis nobiliter figuratum); de virtutum divisione utrumque audias:

Albin. 29 τῶ δὲ εἴδη αὐτῆς λογικαί, αἱ δὲ περὶ τὸ ἄλογον ψυχῆς μέρος συνιστάμεναι. . . τοῦ μὲν δὴ λογιστικοῦ μέρους τελειότης ἐστὶν ἡ φρόνησις, τοῦ δὲ θυμικοῦ ἡ ἀνδρία, τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ ἡ σωφροσύνη. ἡ μὲν δὴ φρόνησίς ἐστιν ἐπιστήμη ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐδετέρων, ἡ δὲ σωφροσύνη τάξις περὶ τὰς ἐπιθυμίας καὶ τὰς ὀρέξεις καὶ τὴν εὐπείθειαν πρὸς τὸ ἡγεμονικόν. ἡ δὲ ἀνδρία ἐστὶ δόγματος ἐννόμου σωτηρία περὶ τοῦ δεινοῦ καὶ μὴ δεινοῦ, τουτέστι διασωστικὴ δύναμις δόγματος ἐννόμου.

Apul. II 6 virtutes omnes cum animae partibus dividit et illam virtutem quae ratione sit nixa et est spectatrix et diiudicatrix omnium rerum, prudentiam dicit . . prudentiam vero scientiam esse intelligendorum bonorum et malorum, eorum etiam quae media ducuntur. In ea vero parte animae quae iracundior habeatur, fortitudinis sedes esse et vires animae nervosque ad ea implenda, quae nobis severius agenda legum imponuntur imperio. tertia pars mentis est cupidinum et desideriorum, cui necessaria comes abstinentia est, quam vult esse servatricem convenientiae eorum quae natura recta pravaque sunt in homine.

ἡ δὲ δικαιοσύνη ἐστὶ συμφωνία τις τούτων πρὸς ἄλληλα, δύναμις οὖσα καθ' ἣν ὁμολογεῖ καὶ συμφωνεῖ πρὸς ἄλληλα τὰ τρία μέρη ψυχῆς.

cap. 7. per has tres animae partes quartam virtutem iustitiam aequaliter dividentem se scientiamque eius caussam esse dicit, ut una quaeque potiore ratione ad fungendum munus oboediat.

Sentis puto quem ad modum compendii verba arida concisa, qualia apud Diogenem Laert. quoque (91) et apud Sallustium (cap. 10) legi-

mus suis exornare studuerint; ne iterationes quidem, Albinus potissimum, veriti sunt. — Cum iis, ubi iustitiam hic benevolentiam illic *ὁσιότητα* intelligendam esse Apuleius dixit (II 7), conferatur Diog. Laert. (83). Iam virtutes quasdam imperfectas esse, quasdam perfectas, imperfectas illas in omnibus beneficio solo naturae provenire (Apul. 6 cf. Albin. 30 *λέγονται γὰρ καὶ ἄλλως ἀρεταὶ αἱ οἷον εὐφυΐαι καὶ προκοπαὶ πρὸς ταύτην* [scil. *τὴν τέλειαν*]). Virtutes eas doceri posse, quae ad rationabilem animum pertinent, i. e. sapientiam et prudentiam, has virtutes pro disciplinis haberi (verba Apul. 9 cf. Albin. 30 *ἐπεὶ οὔτε ἐπιστήμη οὔτε τέχνη ἐν ἄλλῳ μέρει τῆς ψυχῆς συνίσταται ἢ ἐν μόνῳ τῷ λογιστικῷ, αἱ μὲν περὶ τὸ παθητικὸν ἀρεταὶ οὐχ ὑπάρχουσι διδακταί, ὅτι μήτε τέχναι μήτε ἐπιστῆμαί εἰσιν. ἡ μέντοι φρόνησις ἐπιστήμη ὑπάρχουσα τὰ οἰκεῖα ἑκάστῃ ἐνδίδωσι*). Hominem ab origine neque absolute malum nec bonum nasci (Apul. 3 Albin. 30 *οὐδὲ γὰρ πάντας ἀνθρώπους ἢ σπουδαίους εἶναι ἢ φαύλους*) virtutem liberam et in nobis sitam, *μοχθηρίαν ἀκούσιον* esse (Albin. 31 *ἐπεὶ δὲ καὶ εἴ τι ἄλλο ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστὶ καὶ ἀδέσποτον καὶ ἡ ἀρετὴ τοιοῦτον ὑπάρχει, καὶ ἑκούσιον ἂν εἴη ἡ ἀρετή· τῷ δὲ τὴν ἀρετὴν ἑκούσιον εἶναι ἕπεται τὸ τὴν κακίαν ἀκούσιον ὑπάρχειν. τίς γὰρ ἂν ἑκὼν ἐν τῷ καλλίστῳ ἑαυτοῦ μέρει ἕλοιτο ἔχειν τὸ μέγιστον τῶν κακῶν; εἰ δέ τις ἐπὶ κακίαν ὁρμᾷ πρῶτον μὲν οὐχ ὡς ἐπὶ κακίαν αὐτὴν ὁρμήσει ἀλλ᾽ ὡς ἐπ᾽ ἀγαθὸν* 31 Apul. II 11, sed virtutem liberam et in nobis sitam nobisque voluntate adpetendam, peccata vero esse non minus libera et in nobis sita, non tamen ea suscipi voluntate . . ille qui senserit vitia non solum turpitudinem existimationi invehere sed nocere alio pacto fraudique esse qui potest sponte se adeorum consortium cingere cf. Max. 33. 9 *ταῦτα ἀποφαίνει ἄνδρα ἀγαθὸν . . . πειθαρχία πρὸς ἐπιστήμην* (virtutem scil.) *ἑκούσιος· μοχθηρία δὲ χρῆμα ἀκούσιον ὑφ᾽ ἡδονῆς ἑλκόμενον.*) Voluptatem neque bonum esse absolute neque simpliciter malum (verba Apul. 12 cf. *ταῦτα τὰ πάθη* (*λύπη ἡδονὴ*) *φύσει πως ἀρχῆθεν ἐν ἡμῖν κινηθέντα φέρεται τῆς μὲν λύπης καὶ τῆς ἀλγηδόνος ἐπιγινομένων παρὰ φύσιν κινουμένοις, τῆς δὲ ἡδονῆς εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἀποκαθισταμένοις* Albin. 32) et esse medium quendam statum qualis est, cum abest tristitia nec tamen laetitiam adesse sentimus (cf. Albin. *οἴεται δὲ κατὰ φύσιν κατάστημα εἶναι τὸ μέσον ἀλγη-*

δόνος τε καὶ ἡδονῆς, οὐδετέρῳ ἐκείνων ὂν τὸ αὐτὸ ἐν ᾧ καὶ τὸν πλείω χρόνον ὑπάρχομεν). Amicitiam esse sociam eamque consensu consistere reciprocamque esse ac delectationi vicem reddere (verba Apul. 13, cf. Albin. 33 *φιλία δὲ ἡ μάλιστα καὶ κυρίως λεγομένη οὐκ ἄλλη τίς ἐστι τῆς συνισταμένης κατ᾽ εὔνοιαν ἀντίστροφον*). Hoc amicitiae

commodo provenit, cum amicus eum quem diligit pariter ac se cupit prosperis rebus potiri; aequalitas ista non aliter provenit, nisi similitudo utroque parili caritate conveniat.	αὕτη δὲ ὑφίσταται, ὅταν ἐπ᾽ ἴσης ἑκάτερος βούληται τὸν πλησίον καὶ ἑαυτὸν εὖ πράττειν· ἡ δὲ ἰσότης αὕτη οὐκ ἄλλως σώζεται ἢ κατὰ τὴν τοῦ ἤθους ὁμοιότητα.

Tres amores esse quos Plato „hoc genere dinumerat quod sit unus divinus cum incorrupta mente et virtutis ratione conveniens, non poenitendus; alter degeneris animi et corruptissimae voluptatis; tertius ex utroque permixtus, mediocris ingenii et cupidinis modicae (verba Apul. 14, cf. Albin. 33 *ἔστι δὲ ἐρωτική, ἡ μὲν ἀστεία ἡ τῆς σπουδαίας ψυχῆς, ἡ δὲ φαύλη, ἡ τῆς κακῆς, μέση δέ, ἡ τῆς μέσως διακειμένης*.

Animas vero fusciores impelli cupidine corporum unumque illis propositum esse ut eorum usura potiantur atque eius modi voluptate et delectatione ardorem suum mulceant. Illae vero facetae et urbanae sint animae bonorum deamare et studere illis factumque velle uti quam plurimum potiantur bonis artibus et meliores praestantioresque reddantur. Media ex utroque constare nec delectationibus corporum prorsus carere et lepidis animarum ingeniis capi posse.	ἡ μὲν γὰρ φαύλη μόνου τοῦ σώματός ἐστι τοῦ ἡδέος ἡττωμένη, καὶ ταύτῃ βοσκηματώδης ὑπάρχουσα, ἡ δὲ ἀστεία, ψιλῆς τῆς ψυχῆς εἵνεκεν, ᾗ ἐνορᾶται ἐπιτηδειότης πρὸς ἀρετήν. ἡ δὲ μέση τοῦ συναμφοτέρου, ὀρεγομένη μὲν τοῦ σώματος, ὀρεγομένη δὲ καὶ τοῦ κάλλους τῆς ψυχῆς.

Sequitur apud utrumque notae illius Platonicae rei publicae descriptio Apuleii copiosior, Albini magis contracta, qua haec de morali philosophia pars finita fuit — nam ea quae Albinus de philosophi et sophistae discrimine addidit, suum locum hic non habere apparet.

Compendii igitur vestigiis ubique detectis Platonicae doctrinae scholis vulgatae hanc speciem fuisse non dubium est, et nostro iure quae apud Maximum Platonica cum Albino Apuleio Laertio consentiant, ad illam referre possumus. Quae haud pauca sunt: eorum, quae anima nondum corpori alligata vidit, corporis autem vinculis circumdata quippe perturbata oblita est, quo purior anima sit, eo minore

incitamento memoriam exsurgere Max. 16. 3 Albin. 25; imagine de oculorum visu perpetuo quidem, sed interdum caligine prohibito ducta Maximus pergit *νόμιζε δὴ καὶ τὴν ψυχὴν ὄψιν τινὰ εἶναι διορατικὴν τῶν ὄντων φύσει καὶ ἐπιστήμονα· ὑπὸ δὲ τῆς τῶν σωμάτων συμφορᾶς ὑποκεχύσθαι αὐτῇ πολλὴν ἀχλὺν, ἣν καὶ συγχεῖν τὴν θέαν, καὶ ἀφαιρεῖσθαι τὴν ἀκρίβειαν, καὶ ἀποσβεννύναι τὸ οἰκεῖον φως· προσιόντα δὲ αὐτῇ τεχνίτην λόγον οὐ προστιθέναι αὐτῇ φέροντα ἐπιστήμην, πρᾶγμα ὃ μήπω ἔχει, ἀλλ' ἐπεγείρειν ἣν ἔχει μὲν, ἀμυδρὰν δὲ καὶ καρηβαροῦσαν* (16 3 et § 7) *ὁ νοῦς ἐπιλαβόμενος πρὸς μνήμην βραχείας ἀρχῆς, ἣν ἡ αἴσθησις αὐτῷ ὀρέγει, ἐπὶ πολλὰ χωρεῖ προϊὼν κατὰ ἀνάμνησιν* (cf. 27. 7) Albin. 25 *ἡ ψυχὴ διὰ μὲν τοῦ σώματος πρὸς τῷ αἰσθητῷ γινομένη ἰλιγγιᾷ τε καὶ ταράττεται καὶ οἷον μεθύει, πρὸς δὲ τῷ νοητῷ, αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν γινομένη, καθίσταται καὶ ἠρεμεῖ* et paulo post *ἀναμνηστικῶς οὖν νοοῦμεν ἀπὸ μικρῶν αἰθυγμάτων, ἀπό τινων κατὰ μέρος ὑποπεσόντων ἀναμιμνησκόμενοι τῶν πάλαι ἐγνωσμένων, ὧν λήθην ἐλάβομεν ἐνσωματωθέντες*); animam autem a corpore solutam — id quod morte efficiatur — veritatem ipsam perspicere, in deorum consortium receptam (*ἐπειδὰν δὲ ἀπαλλαγῇ ἡ ψυχὴ ἐνθένθε ἐκεῖσε* [quam formulam puto apud Platonicos fuisse usitatam, cf. Albin. 28 *ἐνθένθε ἐκεῖσε*] . . . *ἐλευθέρα μὲν γενομένη σαρκῶν, ἐλευθέρα δὲ ἐπιθυμιῶν . . . τότε διορᾷ καὶ λογίζεται τἀληθῆ αὐτὰ, θεοῖς καὶ θεῶν παισὶ συγγινομένη ὑπὲρ ἄκραν τὴν οὐρανοῦ ἁψῖδα, συμπεριπολοῦσα καὶ συντεταγμένη στρατιᾷ θεῶν ὑφ' ἡγεμόνι καὶ στρατηγῷ τῷ Διί* 16. 9 cf. 15. 6, 17. 10 Albin. 27 *ὅθεν δὴ καὶ μεγάλων τε καὶ θαυμασίων τὰς τῷ ὄντι φιλοσόφους ψυχὰς ἔφασκεν ἀναμέστους, καὶ μετὰ τὴν τοῦ σώματος διάλυσιν συνεστίους θεοῖς γινομένας καὶ συμπεριπολούσας καὶ τὸ τῆς ἀληθείας πεδίον θεωμένας* sq. cf. Sallust. cap. 14); aut deum pulcrum esse, sed non sicut corpus pulcrum est, sed ipsum illud, unde huic pulcritudo veniat (*καλὸν μὲν γὰρ εἶναι τὸν θεὸν . . . ., ἀλλ' οὐ σῶμα καλὸν, ἀλλ' ὅθεν καὶ τῷ σώματι ἐπιρρεῖ τὸ κάλλος* 17. 11; Albinus hoc non diserte pronuntiavit, sed pulcritudinem eius inter virtutes praedicat cap. 10); aut quae de animae prudentia exposuit *ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ κεκραμένη ἐκ θνητῆς καὶ ἀθανάτου φύσεως, κατὰ μὲν τὸ θνητὸν αὐτῆς συντάττεται τῇ θηριώδει φύσει, κατὰ δὲ τὸ ἀθανα-*

τον τῷ θείῳ ξυνάπτει . . ., καὶ γὰρ νοεῖ καὶ λογίζεται . . ., καθὸ δὲ ξυμβάλλουσιν αὐτῆς αἱ θνηταὶ φύσεις τῷ ἀθανάτῳ, τοῦτο πᾶν καλεῖται φρόνησις 12. 4 quam eandem cogitandi rationem etiam Albinus ψυχῆς φρόνησιν habendam esse censuit (cap. 2 ἔστι τοίνυν ἡ θεωρία ἐνέργεια τοῦ νοῦ νοοῦντος τὰ νοητὰ . . . ἡ ψυχὴ δὲ θεωροῦσα μὲν τὸ θεῖον καὶ τὰς νοήσεις τοῦ θείου, εὐπαθεῖν τε λέγεται, καὶ τοῦτο τὸ πάθημα αὐτῆς φρόνησις ὠνόμασται). Denique ea quae de intelligendo deo uterque asseruit: esse νοητὰ et αἰσθητὰ inter se opposita sicut νόησιν et αἴσθησιν (Max. 17. 7 τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ δύο ὀργάνων ὄντων πρὸς σύνεσιν, τοῦ μὲν ἁπλοῦ, ὃν καλοῦμεν νοῦν, τοῦ δὲ ποικίλου, ἃς αἰσθήσεις καλοῦμεν . . . κεχώρισται ἡ οὐσία· ὡς δὲ ταῦτα πρὸς ἄλληλα ἔχει οὕτω κἀκεῖνα ὧν ἔστι ταῦτα ὄργανα. καὶ διαφέρει νοητὸν αἰσθητοῦ ὅσον νοῦς αἰσθήσεως cf. Albin. 10 εἰ ἔστι νοητὰ, ταῦτα δὲ οὔτε αἰσθητά στιν οὔτε μετουσία τῶν αἰσθητῶν, ἀλλὰ πρώτων τινῶν τῶν νοητῶν, ἔστι πρῶτα νοητὰ ἁπλᾶ ὡς καὶ πρῶτα αἰσθητὰ); homines vero propter αἰσθήσεις τὰ νοητὰ non posse καθαρὰ νοεῖν (τὸ δὲ νοητὸν ἀπηλλαγμένον τῆς τούτων (scil. αἰσθήσεων) ἐπαφῆς αὐτὸ καθ' αὑτὸ ὁρᾶσθαι πέφυκεν ὑπὸ τοῦ νοῦ, ὁ δὲ τῇ πάσῃ ψυχῇ ἐμπεφυτευμένος διασπᾶται ὑπὸ τῶν αἰσθήσεων καὶ ταράττεται καὶ ἀσχολίαν ἄγει, Max. cf. Albin. ἄνθρωποι μὲν δὴ ἅτε τοῦ τῆς αἰσθήσεως πάθους ἐμπιπλαμένοι, ὥς τε καὶ ὁπότε νοεῖν προαιροῖντό τι νοητὸν, ἐμφανταζόμενον ἔχειν τὸ αἰσθητὸν, ὡς καὶ μέγεθος συνεπινοεῖν καὶ σχῆμα καὶ χρῶμα πολλάκις, οὐ καθαρῶς τὰ νοητὰ νοοῦσι); deum autem eum intelligendum esse qui et semper et omnia non possit solum sed re vera etiam cogitet (Max. § 8: omitto quae rationabilibus et sensibilibus iam antea inter se oppositis haud apte de ἀψύχων ἐμψύχων, φυτικῶν αἰσθητων, ἀλόγων λογικῶν discrimine hic inmiscuit, λείπεται δὴ ὥσπερ εἰς ἀκρόπολιν ἀναβιβασαμένους τῷ λόγῳ τὸν θεὸν ἱδρῦσαι κατὰ τὸν νοῦν αὐτὸν τὸν ἀρχηγικώτατον. ἀλλὰ κἀνταῦθα διφυῆ ὁρῶ. τοῦ γὰρ νοῦ ὁ μὲν νοεῖν πέφυκεν, καὶ μὴ νοῶν· ὁ δὲ καὶ πέφυκε, καὶ νοεῖ. ἀλλὰ καὶ οὗτος οὔπω τέλειος, ἂν μὴ προσθῇς αὐτῷ τὸ καὶ νοεῖν ἀεὶ, καὶ πάντα νοεῖν καὶ μὴ ἄλλοτε ἄλλα· ὥστε εἴη ἂν ἐντελέστατος ὁ νοῶν ἀεὶ καὶ πάντα καὶ ἅμα. cf. Albin. ἐπεὶ δὲ ψυχῆς νοῦς ἀμείνων, νοῦ δὲ τοῦ ἐν δυνάμει ὁ κατ' ἐνέργειαν πάντα νοῶν καί

ἅμα καὶ ἀεὶ, τούτου δὲ καλλίων ὁ αἴτιος τούτου, καὶ ὅπερ ἂν ἔτι ἀνωτέρω τούτων ὑφέστηκεν, οὗτος ἂν εἴη πρῶτος θεός). — Gravissimum hoc testimonium neque Albinum ex ipso Platone doctrinae illud compendium suum excerpsisse, neque Maximum nisi e scholarum traditione haec cognita habuisse; est enim deus ille *πάντα καὶ ἅμα καὶ ἀεὶ νοῶν* ex Aristotele oriundus (cf. Zeller III 2 p. 206 Freudenthal, hell. stud. fasc. 3 p. 280); ipso autem Albini Maximique consensu evincitur, certum ei locum fuisse inter argumenta, quibus Platonici deum esse firmabant virtutesque eius illustrabant; nam casu factum esse, ut uterque ad eandem rem probandam Aristotelica haec adhiberet, apud huius quidem generis auctores prorsus negandum est. Immo cum multa Apuleio Albino Diogeni communia sint ab ipsius Platonis placitis prorsus aliena [2]), certam hanc Platonicae doctrinae illius aetatis speciem fuisse apparet iam multis alienae originis placitis auctae. Nostro igitur iure etiam apud Maximum quae cum Albino Apuleio Laertio congruunt, quamquam a Platone aliena, tamen ad Platonicam scholarum traditionem referimus, velut philosophiae illam definitionem *ἐπιστήμην θείων τε περὶ καὶ ἀνθρωπίνων* 32. 1 (cf. Albin. c. 1 Apul. II 6 Laert. III 90) quae e stoicorum doctrina oriunda (cf. Zeller III 1 p. 238) omnium in ore fuit et apud omnes fere invenitur (cf. praeter eos quos Zellerus enumeravit Senec. ep. 89. 5, Ps. Plut. de vit. et. p. Hom. cap. 92, Aetius (Diels 273), Sext. Emp. adv. math. IX 13. 125, Archyt. ap. Stob. flor. I 77, Orig. c. Cels. III p. 154, Clem. Alex. Paed. II 25, strom. I 30) aut rerum finem sive *κατὰ νόμον* sive *κατὰ φύσιν* sive *κατὰ τέχνην* sive *κατὰ τύχην* (Diog. L. 96 cf. Diotog. Pythag. [Stob. ecl. I 93]), cuius divisionis ad similitudinem

---

2) Quae antea consulto omisi; sunt autem inprimis ea quae de virtutibus medietatibus inter duo vitia intelligendis exposuerunt (Albin. 30 Apul. II 3) scilicet Aristotelis doctrinam (cf. Freudenthal p. 279) aut de virtutibus ad tres animae partes referendis quibus unicuique adiuncta sit iustitia (Albin. 29 Apul. II 6/7 Sallust. 10) iterum hoc Aristotelicum (cf. Freudenthal ibidem); de amicitiae quattuor generibus φυσικῇ (= συγγενικῇ) ἑταιρικῇ πολιτικῇ (= ξενικῇ) ἐρωτικῇ (Albin. 33 Diog. Laert. III 81); de tribus causis bono dulci utili (ad quas Apuleius videtur adludere, cum dicat alia etiam amicitiae genera esse, quarum pars voluptatis gignitur causa, pars necessitatis II 13): quae omnia peripatetica esse a Stobaeo docemur (ecl. II 143). De bonis aut in anima sitis aut in corpore aut externis (Apul. II 1 Diog. L. 80) stoicorum satis notum est dogma.

Maximus cum dixerit καὶ μὴν τῶν ὅσα οἱ ἄνθρωποι εὔχονται γενέσθαι, τὰ μὲν ἡ πρόνοια ἐφορᾷ, τὰ δὲ ἡ εἱμαρμένη καταναγκάζει, τὰ δὲ μεταβάλλει ἡ τύχη, τὰ δὲ οἰκονομεῖ ἡ τέχνη (11. 4) memor eius fuisse quidem, sed pro lege et natura ad probandam sententiam non aptis providentiam et fatum mihi videtur posuisse [3]).

III. Accedunt alia quae compendii quidem angustos fines excedunt, ubique tamen scholasticae illius doctrinae alienis omnis generis placitis exornatae speciem referunt. In oratione vicesima altera enumerat tres partes animae eorumque in corpore sedes proprias (§ 4 τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ ἔνειμε θεὸς δυνάμεις τρεῖς sq.) prorsus e Platonica doctrina (cf. Albin. 23, Apul. I 13, Ps. Plut. de v. et p. Hom. 129) et ad trium illarum partium similitudinem refert tres rei publicae species βασιλείαν ἀριστοκρατίαν δημοκρατίαν. Non igitur Platonis memor erat, ad cuius rei publicam (8. 544 d) Zellerus remisit (III 2. 206 adn. 2) — nam ibi de anima tripartita omnino non agitur — sed rureus scholarum doctrinam secutus est, ut optime docet Sallustius eadem comparatione usus (cap. 10); ut autem cum eadem animae partitione etiam vitarum tres species θεωρητικὴν πρακτικὴν (ἀπολαυστικὴν) componeret (§ 5 τριῶν δὴ πολιτειῶν τρία ταῦτα μιμήματα βίου ἴδοις ἂν sq.) non potest nisi iterum scholarum doctrina adductus esse: certe enim sunt peripatetica (Stob. ecl. II 144); inter Platonicos autem haud ignota fuisse auctor de lib. educand. demonstrat eodem modo atque Maximus θεωρητικὸν καὶ πρακτικὸν βίον aestimans, ἀπολαυστικὸν autem, quippe ἔκδοτον καὶ δοῦλον τῶν ἡδονῶν, respuens (cap. 10). Uterque autem eodem loco neque theoreticam vitam sine practica utilem, neque practicam sine philosophia non ἄμουσον et πλημμελῆ esse voluit (Ps. Plut. ib.; Maxim. et hic et inprimis in oratione tricesima tertia, cuius summa est haec probare); genuinum hoc stoicum (cf. Muson. ap. Stob. flor. 27. 78 Ps. Plut. de v. et p. Hom. c. 144 Panaet. apud Diog. Laert. VII 92, cf. Zeller III 1 p. 235); quod cum a Platonicis quoque receptum sit (cf. Albin. 3, Archyt. ap. Stob. ecl. II 230), eundem fontem illos adiise

3) Quod simile nescio an etiam Sallustio acciderit, qui πᾶν γιγνόμενον ἢ τέχνῃ ἢ φύσει ἢ κατὰ δύναμιν γενέσθαι voluit 12.

apparet. — In quarta decima de daemonibus habita dixit hominibus propter infirmitatem errantibus numen adesse, et servare alium *φήμαις*, alium *οἰωνοῖς, τὸν δὲ ὀνείρασι, τὸν δὲ φωναῖς, τὸν δὲ θυσίαις* (cap. 7); deum summum autem semper in eodem loco manere et caelum regere et *τῶν ἐν οὐρανῷ* servare ordinem (8), esse autem daemones eius ministros eum inter et homines interpositos. E vulgari Platonicae doctrinae traditione haec sibi comparavit, quam servarunt Albin. 15 *ὁ μὲν γὰρ θεὸς τοῦ τε παντὸς ὑπάρχει ποιητὴς αὐτὸς, καὶ τῶν θεῶν τε καὶ τῶν δαιμόνων . . τῶν δὲ ἄλλων οἱ ἐκείνου παῖδες ἡγοῦνται κατὰ τὴν ἐκείνου ἐντολὴν καὶ μίμησιν πράττοντες ὅσα πράττουσιν. ἀφ᾽ ὧν κληδόνες καὶ ὀττεῖαι καὶ ὀνείρατα καὶ χρησμοὶ καὶ ὅσα κατὰ μαντείαν ὑπὸ θνητῶν τεχνιτεύεται* Apul. de deo Socratis 3—5 Plut. de defect. orac. 13 (417 a). Maximus autem ita ut fecit ea collocavit, ut ratiocinationem illam de imbecillitate humana deo adiutore ad virtutem indigente iam saepius adhibitam etiam hic posset exponere. Quae sequuntur, e Platonis symposio esse iam vidimus, sed ipso hoc loco ea apparere rursus non casu factum est; audiamus Apuleium (de deo Socr. 6) „neque enim a cura rerum humanarum, sed contrectatione sola deos removit (Plato scil.). Ceterum sunt quaedam divinae mediae potestates inter summum aethera et infimas terras in isto intersitae aeris spatio, per quas et desideria nostra et vota ad deos commeant; hos Graeci nomine *δαίμονας* nuncupant, inter homines coelicolasque vectores hinc precum inde donorum, qui ultro citro portant hinc petitiones inde suppetias ceu quidam utriusque interpretes et salutigeri; per hos eosdem, ut Plato in symposio autumat“ sq. audiamus et Plutarchum (de def. orac. 13 [416 f]) *οἱ δαιμόνων γένος μὴ ἀπολείποντες ἀνεπίμικτα τὰ τῶν θεῶν καὶ ἀνθρώπων ποιοῦσι καὶ ἀσυνάλλακτα τὴν ἑρμηνευτικὴν, ὡς Πλάτων ἔλεγε, καὶ διακονικὴν ἀναιροῦντες φύσιν*): certum hunc locum Platonis verbis illis in hac daemonologia fuisse comperimus. Iam magnum daemonum esse numerum versu illo Hesiodeo *τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν* sq. illustravit, sicut Plutarchus (l. c. cf. 39. 431 e) fecit et auctor cuius doctrinam exposuit Sextus Empiricus adv. math. IX 86, cf. Heinze Xenocrates p. 97). Tum daemonibus adfirmat eandem indolis varietatem esse atque hominibus, quod idem legimus in Plutarcho (l. s. 417 b *εἰσὶ γὰρ ὡς ἐν ἀνθρώποις καὶ δαίμοσιν ἀρετῆς διαφοραὶ καὶ τοῦ*

παθητικοῦ καὶ ἀλόγου τοῖς μὲν ἀσθενὲς καὶ ἄμαυρον sq. Apul. de deo Socr. 12 igitur et misereri et indignari et angi et laetari omnemque humani animi faciem pati sq. scil daemonum est) nec illud, unum quemque daemonem hominem sibi eligere cuius in mente habitet, hominis autem animam pravam relinqui a daemone, ab uno Maximo prolatum est cf. Plut. de gen. Socr. 24 (594 a) *ταύτῃ* (scil. bonae animae) *τὸν οἰκεῖον οὐ νεμεσᾷ δαίμονα βοηθεῖν ὁ θεὸς, ἀλλ' ἀφίησι τῷ προθυμουμένῳ· προθυμεῖται δ' ἄλλος ἄλλην ἀνασώζειν ἐγκελευόμενος· ἡ δὲ συνακούει διὰ τὸ πλησιάζειν καὶ σώζεται· μὴ πειθομένη δὲ ἀπολιπόντος τοῦ δαίμονος οὐκ εὐτυχῶς ἀπαλλάσσει* cf. Herm. trism. (Stob. ecl. I 304); homo sibi daemonem eligit apud Iamblichum (protrept ed. Pistelli p. 12) [1]). En habemus varios auctores, qui non solum capita huius doctrinae eadem protulerunt, sed etiam in singulis haud paucis congruunt; est igitur quaestio qua ex origine consensus explicandus sit. Certi auctoris scil. Posidonii vestigia Heinsius detexisse apud Plutarchum et apud Maximum sibi visus est (Xenocrates p 99 sq.); sed adhuc non invenimus, quae ad auctoris cuiusdam — ut de Posidonii nomine taceam — certum libellum nos reducant; immo eos tam multa aliena habere quae consentiant, ea autem quae ipsorum sint (velut compositio aut inventio commentariorum) tam longe inter se distare non nisi inde explicatur quod e communis cuiusdam fontis copia in suos rivulos deduxerunt, quae cuique ad propositum suum facere videbantur; quod cum apud Maximum Plutarchum Apuleium idem esset — de Socratis genio omnes tres locuti sunt — eadem plerumque apud eos inveniri non mirum est; neque igitur in sequenti Maximi oratione ea, quae Heinzio argumentis fuerunt, ante accipienda sunt, quam cum ceteris conlata sint. Et profecto, eundem atque antea cum Plutarcho et Apuleio consensum hic invenimus: daemones inter deos et homines ingenii proprietate sunt intersiti; est enim deorum eis inmortalitas, sed non impatientia, a hominibus inmortalitate seiunguntur, patientia iis congrui (Max. XV 2—4 quarum summa est

1) cf. quoque Epictetus I 14. 92 Seneca ep. 41 alia apud Wachsmuthium (ansichten der stoiker über mantik und daemonen Berl. 1860 p. 37 et 38 adn. 53); cum Plutarchi (quaest. Rom. II 27) quae ibidem attulit verbis (esse malos daemones tanquam carnifices improborum hominum castigatores, conferatur Iulian. II 90 b Synesii epist. 44 (Herch. 657).

λείπεται τὴν δαιμόνων φύσιν ἐμπαθῆ τε εἶναι καὶ ἀθάνατον, ἵνα τοῦ μὲν ἀθανάτου κοινωνῇ τῷ θεῷ, τοῦ δὲ ἐμπαθοῦς τῷ ἀνθρώπῳ Apul. 13 Plut. de def. orac. 16 (417 a) τίνι γὰρ τῶν θεῶν διαφέρουσι (δαίμονες), εἰ καὶ κατ' οὐσίαν τὸ ἄφθαρτον καὶ κατ' ἀρετὴν τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀναμάρτητον ἔχουσι;) sed etiam locum deum inter et homines medium obtinent (Max. 15. 3, cuius sane fusae ratiocinationis brevia vestigia apud Apuleium inveniuntur: postquam inde quod tres elementa (στοιχεῖα) plena sint animalium, conclusit etiam quartum esse (c. 8 cf. Albin. 15 εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι δαίμονες, οὓς καλοίη ἄν τις γεννητοὺς θεοὺς καθ' ἕκαστον τῶν στοιχείων, οἱ μὲν ὁρατοὶ (sidera), οἱ δὲ ἀόρατοι, ἔν τε αἰθέρι καὶ πυρὶ, ἀέρι τε καὶ ὕδατι. ὡς μηδὲν κόσμου μέρος ψυχῆς ἄμοιρον εἶναι, μηδὲ ζῷον κρείττονος θνητῆς φύσεως), quarta haec eorum species qualis intelligenda sit hunc in modum exposuit (cap. 9) „temperanda nobis pro loci medietate media natura, ut ex regionis ingenio sit etiam cultoribus eius ingenium. Cedo igitur mente formemus et gignamus animo id genus corporum texta, quae neque tam bruta quam terrea neque tam levia quam aetherea, sed quodammodo utrimque seiugata, vel enim utrimque commixta sint sive amolita sive modificata utriusque rei participatione; sed facilius ex utroque quam ex neutro intelliguntur; habeant igitur haec daemonum corpora et modicum ponderis ne ad superna incedant, aliquid levitatis ne ad inferna praecipitentur.“ Cum igitur, quamquam Maximus ad aliam summam aliis inmixtis ea perduxit, tamen ex eodem loco profecta ea sint ex quo apud Apuleium, et Plutarchus accedat qui eandem ratiocinationem respexit, cum diceret (de def. 13 [416 e] ὥσπερ οὖν εἰ τὸν ἀέρα τις ἀνέλοι καὶ ὑποσπάσειε τὸν μεταξὺ γῆς καὶ σελήνης, ἐν μέσῳ κενῆς καὶ ἀσυνδέτου χώρας γενομένης τὴν ἑνότητα διαλύσει καὶ τὴν κοινωνίαν τοῦ παντὸς, οὕτως οἱ δαιμόνων γένος μὴ ἀπολείποντες sq.), ne haec quidem e singulari fonte Maximo affluxisse apparet; immo agnoscimus sequiorum Platonicorum rationem, qualem integram servavit Chalcidius, cuius in Timaei commentarii verba Heinzius attulit (p. 109). Iam animam humanam daemonem esse subito adfirmavit Maximus, ut eorum inmortalitatem probaret (15. 5), et videntur eo unde haec habuit referenda esse etiam ea quae paulo post de anima e corporis vinculis soluta in daemonem mutata protulit. Sed omnia illa verba ἐπειδὰν γὰρ ἀπαλλαγῇ

ψυχὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε ἀποδυσαμένη τὸ σῶμα sq. (§ 6) hic de daemonibus usurpata, quippe eadem in sexta decima de animae recordatione multo aptius adhibita nullo ex fonte sumpta, sed memoria suppeditata, cum apta etiam hic viderentur, protulit; neque igitur Seneca (ut Heinzius voluit p. 101) opus est, ut ad veram originem ea reducamus; ipsius Maximi sunt quod ad summam ad quam produxit, Platonicae scholarum doctrinae quod ad argumentum. Animam autem daemonem fieri primum quidem a stoicis observatum (Laert. Diog. VII 151 Aetius Diels 307 cf. Heinzius p. 96 sq.), omnino in popularem philosophiam receptum (cf. Dio Chrysost. III 54), aeque ac Maximus protulerunt Apuleius (est et secundo significatu species daemonum, animus humanus emeritus stipendiis vitae corpore suo abiurans; cap. 15) et Plutarchus (de gen. Socr. 24 [593 d] αἱ δ᾽ ἀπηλλαγμέναι γενέσεως ψυχαὶ καὶ σχολάζουσαι τὸ λοιπὸν ἀπὸ σώματος, οἷον ἐλεύθεραι πάμπαν ἀφιέμεναι, δαίμονές εἰσιν ἀνθρώπων ἐπιμελεῖς); neque minus animis iam in corpore retentis bonis adiuvandis, malis puniendis solutas illas operam dare (Max. 15. 6 προστέτακται δὲ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐπιφοιτᾶν τὴν γῆν, καὶ ἀναμίγνυσθαι πάσῃ ἀνδρῶν φύσει . . . καὶ τοῖς μὲν χρηστοῖς συνεπιλαμβάνειν, τοῖς δὲ ἀδικουμένοις τιμωρεῖν, τοῖς δὲ ἀδικοῦσι προστιθέναι τὴν δίκην) ab utroque illo diserte pronuntiatum est (Plut. de gen. Socr. 24 (593 e) Apul. 16) Restat animam velut laqueis ad corpus alligatam illud continere: hoc stoicum quidem — cf. Heinzius p. 100 — tamen non e stoico auctore ad Maximum venit (15. 6 τοιοῦτον ἡ ψυχή· σῶμα ἐν σάλῳ ἀεὶ κραδαινόμενον συνέχει . . . ἐπειδὰν δὲ ἀποκάμῃ τὰ νεῦρα ταυτὶ καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὥσπερ καλώδια, ἐξ ὧν τέως προσώρμιστο τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα sq.): exstat etiam hoc apud Plutarchum paulo aliter adhibitum (de gen. Socr. 20 (588 f) ψυχὴ δ᾽ ἀνθρώπου μυρίαις ὁρμαῖς οἷον ὕσπληξιν ἐντεταμένη sq.). Quid igitur? Estne haec ratio ex uno auctore pendentium? An potius ubique posterioris doctrinae Platonicae vestigia agnoscimus stoica peripatetica tamquam sua complexae, cum capitibus et cum exemplis imaginibus usu stabilitis destinatis exornatae? Sane, non solum tres illi de Socratis daemonio locuti daemonologiam hanc eandem attulerunt, sed etiam de ipso eius daemonio consentiunt atque mire quidem Apuleius et Maxi-

mus [2]), cum Plutarchus utpote gravior suam viam a multorum via remotiorem ingressus sit. — Similiter iudicandum est de iis, ubi materiae affectus et animae licentiam duas malorum causas esse exposuit (41. 4); ὕλης q. d. πάθος hisce illustravit — nam probare hoc neque Maximus potuit neque ii quos secutus est —: materiae ab artifice deo tractatae siquid mali acciderit, non mancam illius artem sed ipsius huius indolem causam esse. Illum semper bonum velle sicut legislatorem semper unam iustitiam; hanc non semper ita sese habere ut semina a deo insita efflorescant et ad suum finem perveniant; itaque fieri ut interdum ἀναγκαίας hasce et ἑπομένας φύσεις malorum, quae hominibus accidere soleant, velut pestis, terrae motus, imbrium e caelo eruentium, ignium e terra surgentium, i. e malorum et corporis et externorum causas esse a deo quidem non decretum, tamen inevitabile sit, cum propter singulorum salutem non fas illi sit ab universi cura desistere (§ 4). Unum quodque hoc stoicum; totam sententiam Chrysippeam Gellius servavit (noct. att. VII 1. 8 sq.), ipsis eius verbis e libro περὶ προνοίας quarto hisce exscriptis: „idem Chrysippus . .

2) cf. 14. 1 θαυμάζεις εἰ Σωκράτει συνῆν δαιμόνιον, φίλον, μαντικὸν, ἀεὶ παρεπόμενον, καὶ μόνον οὐ τῇ γνώμῃ αὐτοῦ ἀνακεκραμένον, ἀνδρὶ καθαρῷ μὲν τὸ σῶμα ἀγαθῷ δὲ τὴν ψυχὴν, ἀκριβεῖ δὲ τὴν δίαιταν sq. cf. § 3 θαυμαστὸν εἰ ταῦτα μὲν (alia oracula) οὐδεὶς ἡγεῖται ἄτοπα εἶναι . . εἰ δὲ ἀνὴρ φύσει τε κεχρημένος γενναιοτάτῃ καὶ παιδείᾳ σωφρονεστάτῃ καὶ φιλοσοφίᾳ ἀληθεστάτῃ καὶ τύχῃ δεξιωτάτῃ συγγίγνεσθαι τῷ δαιμονίῳ ἠξιώθη πρὸς τοῦ θεοῦ sq Apul. 17 igitur mirum si Socrates vir perfectus apprime et Apollinis quoque testimonio sapiens hunc deum suum cognovit et voluit propter ea eius custos par contubernio familiaris cuncta quae arcenda sunt arcuit sq. 19 enim Socrates utpote vir apprime perfectus ex sese ad omnia congruentia sibi officia promptus sq. — inter daemones re vera colendos Aesculapium esse (Max. 15 7, ἀλλὰ καὶ Ἀσκληπιὸς ἰᾶται νῦν καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἰσχυρίζεται καὶ Διόνυσος βακχεύει καὶ Ἀμφίλοχος μαντεύεται καὶ οἱ Διόσκουροι ναυτίλλονται cf. Apul. 15 quippe tantum eos deos appellant, qui ex eodem (daemonum) numero iuste ac prudenter curriculo vitae gubernato praenomine postea hominibus praediti ceremoniis vulgo advertuntur, ut in Boeotia Amphiaraus . . . alius alibi gentium, Aesculapius ubique); quo tamen e consensu artius eos nexos esse cave coniicias: e populi q. d. fide haec sumpta sunt et ubique fere inveniuntur (simillimum Maximi adponam Himerium sophistam (orat. I p. 40 ed. Dübner): de γάμῳ loquitur μέσην τινὰ φύσιν ἀμφοτέρων τούτων ἐγέννησεν, ἵνα τὴν θείαν ἀπορροὴν διαπορθμεύοι τῷ χείρονι. Ἐντεῦθεν Ἡρακλῆς ἀθλεῖ, Διόνυσος γεωργεῖ, Ἀσκληπιὸς ἰᾶται, κυβερνῶσι τὰς τύχας τῶν τὰ πελάγη διαβαινόντων Διόσκουροι) — Minervam Homericam uterque attulit, hic ad illustrandam daemonum naturam cap. 11, ille etiam Homerum daemonas docuisse probaturus 14. 5.

desiderat εἰ αἱ τῶν ἀνθρώπων νόσοι κατὰ φύσιν γίνονται i. e. si natura ipsa rerum vel providentia . . . morbos quoque et debilitates et aegritudines corporum fecerit. Existimat autem non fuisse hoc principale naturae consilium, ut faceret homines morbis obnoxios . . sed cum multa inquit atque magna gigneret pareretque aptissima et utilissima, alia quoque simul agnata sunt incommoda his ipsis quae faciebat cohaerentia eaque non per naturam sed per sequellas quasdam necessarias fata dicit quod ipse appellat κατὰ παρακολούθησιν" (cf. Zeller III 1. 174)[3]). Consulere autem deum universo, cuius pro salute singula interire oporteat, id quod Maximus medici exemplo strictius quam hic, eodem tamen ex fonte — ut sententiarum verborum exemplorum consensus docet — exposuit in orat. XI par. 4, iterum stoicum hoc inventum apud multos legitur (Phil. de prov. I 57 [Epict. II 5. 24 et] Simplic. in Epict. p. 84, cf. quoque Cicero de nat. deor. II 66 Seneca dial. I 3 Marc. Ant. V 8 Origen. c. Cels. IV 209 Wendland (ad Philon. p. 78 adn. 2, Zeller III 1. 163). Possis igitur putare a Stoicis Maximum pendere; sed ecce platonica velut ipsa vocabula ὕλης πάθος, aut sententia illa, caelum prorsus ἄμοιρον esse τῶν κακῶν — quam eandem alibi (5. 3) versu illo Homerico δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει ad ipsius Platonis similitudinem (republ. 379 b sq.), quamquam ex sua ipsius sententia illustravit — inter Platonicos vulgaris (cf. Iulian. II 90 b τὰ κακὰ (ὁ δημιουργὸς) οὔτ' ἐγέννησε οὔτ' ἐπέταξεν εἶναι, ἀλλ' αὐτὰ μὲν ἐξεφυγάδευσεν

3) Accedit Plutarchus imaginem illam de legislatore ductam Chrysippeam esse diserte significans (de stoic. repugn. 33 λέγει δ' αὐτὸς (Chrys.) ὡς „τῶν αἰσχρῶν τὸ θεῖον παραίτιον γίνεσθαι οὐκ εὔλογόν ἐστιν. ὃν τρόπον γὰρ οὔτε νόμος τοῦ παρανομεῖν παραίτιος ἂν γένοιτο οὔτε οἱ θεοὶ τοῦ ἀσεβεῖν sq." (1049 e), qua eadem usus quemadmodum deus mundum regat, Philo Iudaeus illustravit (de prov. II 82 per providentiam nimirum dicitur mundus regi, non quod omnium causa deus sit, sed quemadmodum urbs virtuosa per legem dicitur regi, quatenus abundantia in ea et res necessariae, consilia . . . et quaecumque ad haec referuntur, optimae constitutiones, bene ordinata sunt, violentiae vero et rapinae . . . non lex in causa est). Seneca autem et Origenes eadem de artifice materiaque ei subiecta imagine, Philo simillima quadam et plane eiusdem acuminis usus (Sen. epist. 65 § 2 cf. de prov. 5 Orig. c. Cels. 6. 314 — quem locum attulit Davisius [ed. Reisk. tom. II p. 283] male tamen intellectum: etiam Origenes de malis et physicis et ethicis locutus est — Philo de prov. II 81 cf. Wendland zu Philo über die vorsehung p. 79) quamquam non Chrysippeae tamen stoicae certe originis sunt testes gravissimi.

ἐξ οὐρανοῦ sq. Herm. trism. (Stob. ecl. I 275 alia), — aut ipsa malorum divisio in *ψυχῆς μοχθηρίαν* et *ὕλης πάθος*, qua cum stoica illa, quam antea licet non diserte significatam dedit (§ 3), in mala animae corporis externa instituta non concinit, quamquam non contraria est. Cum igitur Hierocles Neoplatonicus accedat eadem stoica iisdem platonicis iniuncta elocutus (ap. Stob. ecl. II 181 sq. *ταῦτα χρὴ διειληφέναι ὡς τῶν μὲν ἀγαθῶν αἰτίων ὄντων τῶν θεῶν, τῶν δὲ κακῶν τῆς κακίας· τίνα οὖν ἡμῖν τοῦ κακῶς πάσχειν αἴτια· ἐπεὶ δὲ τῶν μέσων ἐστί τινα παρὰ φύσιν καὶ δύσχρηστα . . . ἢ νὴ Δία ποιητικὰ τῶν τοιούτων, ἄξιον καὶ περὶ τούτων τὴν νυνὶ διάληψιν ἔχειν, οἷον νόσου λέγω πηρώσεως . . . πολλὰ τοίνυν πέφυκεν αὐτῶν περαίνειν καὶ ἡ κακία . . μετά γε μὴν τὴν κακίαν δευτέρα τῶν τοιούτων πρόφασις ἡ ὕλη· τὰ ἐπίγεια καθάπερ ὑποστάθμην καὶ ἰλὺν ἔχοντα τῶν ὅλων τὴν οὐσίαν* (sequitur lacuna), non stoicam doctrinam platonica amplexam — nam stoicos quoque materiae affectibus alteram malorum causam malitiam addidisse Philo docet (de prov. II 82 mala vel materiae vel malitiae naturae inmoderatae erroris sunt fetus quorum deus non est causa cf. Wendland p. 72) — sed Platonicam posteriorum temporum doctrinam stoicis iam iam exornatam utrumque illum exposuisse apparet. Quod autem ad Homericos illos versus *ἐξ ἡμέων γάρ φασι κακ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν*, ne hos quidem de suo Maximus attulit, etsi haud apte iis usus est; nam de physicis malis intellexit, quae unam concupiscentiam animae illustrant, i. e. hominibus quippe liberi arbitrii licere aut bonum aut malum sequi; quod si inscii malum esse malum secuti sint, incommodi hinc iis exorti ipsos, non deum auctorem esse apparere; quo sensu et Hierocles eos (l. s.) *ταῦτα μὲν* (*τὰ κακὰ*) *ἐκ τῆς κακίας ἀπαντᾷ μόνης . . . ἡμεῖς δὲ ἐσμὲν οἱ τὰς εὐεργεσίας αὐτῶν* (scil. *θεῶν*) *οὐ προσιέμενοι, περιβάλλοντες δὲ ἑαυτοὺς κακοῖς αὐθαιρέτοις· ἤδη καιρὸν ἔχειν μοι τὸ ποιητικὸν ἐκεῖνο δοκεῖ κατὰ τὸν τρόπον τοῦτον ὡς δὴ οἱ βροτοὶ τοὺς θεοὺς αἰτιόωνται ὡς ἐξ αὐτῶν ἐπιπεμπομένων τῶν κακῶν· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν* et Porphyrius (ap. Stob. ecl. II 172) protulit. Videmus igitur interpretationem hanc ex eadem Platonicorum sequiore doctrina atque cetera illa Maximo notam fuisse. — Similem stoicorum platoni-

corum confusionem ostendit ratiocinatio, quam in orat. 38 § 6 legimus de virtute et vitio hunc in modum institutam: *πέφυκε τὸ ἀνθρώπινον πᾶν ἐξ ἀρχῆς δίχα, τὸ μὲν εἰς ἀρετῆς ἐπιτηδειότητα, τὸ δὲ εἰς μοχθηρίας· ὧν ἡ μὲν μοχθηρία ἐνδεὴς τοῦ κολάζοντος, ἡ δὲ ἀρετὴ τοῦ σῴζοντος· μοχθηρὰ μὲν γὰρ φύσις τυχοῦσα ἐπιστάτου χρηστοῦ, νόμου καὶ ἔθους, τὸ ἄλυπον τῷ πλησίον περιεβάλετο, καὶ πλεονεκτεῖ οὐκ ἐν μοίρᾳ ἀγαθῶν, ἀλλ' ἐν ἐλαττώσει βλάβης· αἱ δὲ ἄρισται ψυχῆς φύσεις ἀμφισβητήσιμοι, ἐν μεθορίᾳ τῆς ἄκρας ἀρετῆς πρὸς τὴν ἐσχάτην μοχθηρίαν καθωρμισμέναι, δέονται ξυναγωνιστοῦ θεοῦ καὶ ξυλλήπτορος τῆς ἐπὶ θάτερα τὰ κρείττω ῥοπῆς καὶ χειραγωγίας· ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ τὰ αἰσχρὰ ὄλισθος αὐτοφυοῦς ἀσθενείας ἔργον, ἣ καὶ τὰς ἐπιεικεῖς ψυχὰς κολακεύουσα διὰ ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμημάτων εἰς τὰς αὐτὰς ὁδοὺς ταῖς μοχθηραῖς συγκαθέλκει.* Videmus ab altera parte virtuti malitiam ita oppositam, ut nullus ab altera ad alteram transitus concedatur (*οὐκ ἐν μοίρᾳ ἀγαθῶν, ἀλλ' ἐν ἐλαττώσει βλάβης*), ab altera parte animam inter summam virtutem et extremam malitiam labantem; quod alterum stoicum, alterum Platonicum est (scite Lipsius de sectarum in his discrimine (manud. II 10) de illo cf. Zeller, III 1. 249; hoc invenitur apud Albinum 30 Apul. de dog. Plut. II 3, qui semina et igniculos, e stoicorum sententia unius virtutis, etiam malitiae esse hominibus insita voluit, stoicam Platonicae doctrinae adaptare conatus cf. Lips. l. s. Philo de praem. et poen. § 11 *φύσει γε μὴν πάντες οἱ ἄνθρωποι πρὶν τελειωθῆναι τὸν ἐν αὐτοῖς λόγον κείμεθα ἐν μεθορίῳ κακίας καὶ ἀρετῆς πρὸς μηδ' ἕτερά πω ταλαντεύοντες*). Tertium autem accedit cum his coniunctum, animam ne bonam quidem propter debilitatem innatam deo adiutore non egere, iterum stoicum (Seneca ep. 41 bonus vir sine deo nemo est cf. 73. 16 nulla sine deo mens bona est: semina in corporibus humanis divina dispersa sunt, quae si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt et paria his ex quibus orta sunt, surgunt, si malus, non aliter, quam humus sterilis necat ac deinde creat purgamenta pro frugibus cf. Zeller III 1. 727) et quartum denique, *κολακεύουσαν ἡδονὴν* secutos homines a virtute aberrare, quod et Platonicum est (satis notum est illud *δέλεαρ κακῶν* e Timaeo 69 c cf. Apul. de dogm. II 11 Plut. ap. Stob. flor. 6. 45 [ed. Hense p. 52] Iulian. II 91 c, Euseb. ap. Stob. ecl. II 178) et stoicum (Cic. de leg.

I 11. 31 quorum ad dogma, opinatum bonum esse voluptatem (Tuscul. IV 6 de fin. III 10. 35 al.) optime hoc fecit. Quid igitur? Haecne sibi ex utraque secta collegit Maximus atque ita ut fecit composuit? Prorsus id negandum est, cum certa hac forma instructam eum ratiocinationem hanc accepisse iam viderimus (cf. part. I cap. IV adn. 4). Est igitur statuendum, ut omnia fere, etiam haec inter Platonicos trita ex ipsius quam profitebatur sectae doctrina Maximo nota fuisse.

IV. Duo sunt genera eorum quae sub popularis philosophiae speciem cadere Maximi aequales opinabantur. Alterum ea complectitur quae ad usum cotidianum pertinebant, praecepta et institutiones magis quam θεωρήματα quamquam non prorsus inutilia tamen ad ipsam vitam instituendam non adeo idonea; alterum efficiunt rationes potissimum platonicae stoicae cynicae, quippe a multorum intellectu non alienae ad omnium notitiam provectae. Illic exponere solebant, qua ratione amicos parare possis et adulatores ab iis discernere, quae optima βασιλείας sit species, qui fructus sit philosophiae, qua de causa agricultura laudanda et exercenda sit aut militiae proferenda aliaque huius generis προβλήματα, et certum horum fundamentum acutae et copiosae plerumque Aristotelis posteriorumque Peripateticorum observationes ex ipsa vita collectae semper manserunt. Neque poterant omnino nisi in singulis fortasse mutari: de humanis hisce rebus omnium consensu aestimatis non licebat nova proferre; quamvis suae quisque doctrinae colorem antiquiores quidem philosophi inducere iis studuerint, tamen iam Ciceronis aetate haec omnia in unum flumen confluxerant et ex. gr. in Laelio vix discernes, quid de amicitia singuli docuerint. Supervacaneum igitur est quaerere, qua necessitudine coniuncta sint, si quae a Maximo prolata apud alios scriptores eadem inveniuntur; non hauserunt alius ex alio, sed aeque ad omnes unum et largissimum illud praeceptorum flumen venit.

Statim in iis quae de amicitia duabus orationibus (6 et 20) exposuit, Maximum invenimus multis congruum. Primum queritur, amicitiam nusquam fere inveniri; quamquam nil opus sit, nisi ab iis, qui habeant, eos accipere, qui indigeant, ut omnis generis πραγματεῖαι quibus homines victum fortunam voluptatem quaerunt expellantur, firmaque efficiatur amicitia non rerum, quas acceperint sed eorum qui

dederint voluntate metienda (6. 2/3). Quam amicitiam *κατὰ τὴν χρείαν* institutam ex Aristotele novimus (eth. Nicom. 1155 b. 18), qui tertiam hanc amicitiarum speciem humilissimam inter pravos tantum atque eos quidem, qui inter se contrarii essent, velut *πένης πλουσίῳ, ἀμαθὴς εἰδότι*, exoriri posse neque diuturnam esse voluit, ut quam utilitate exempta ipsorum commodum spectantes statim dissolverent; quam eandem Epicureos sibi assumpsisse e Cicerone compertum habemus, in Laelio eos oppugnante (8. 26), in libro de finibus primo argumenta eorum explicante (de quibus cf. Hirzel unters. 169); ibique quae invenimus, velut solitudinem et vitam sine amicis nsidiarum et metus plenam esse (de fin. 20. 66), secundas res splendidiores facere amicitiam et adversas partientem communicantemque leviores (Lael. 8. 22) alia, ab Aristotele iam observata (Nic. 1155 a 4 sq. cf. Heylbut de Theophrasti libris *περὶ φιλίας* 1876 p. 20), ad Dionem Chrysostomum plane integra pervenerunt (III 95 *ἄνευ φιλίας οὐδ' ἐν εἰρήνῃ ζῆν ἀσφαλὲς καὶ μὴν ὧν εἶπον ἡδέων τὸ μὲν κοινωνεῖν φίλοις τερπνότερον, μόνον δὲ ἀπολαύειν ἐν ἐρημίᾳ πάντων ἀηδέστατον καὶ οὐδεὶς ἂν ὑπομείνειεν* — 101 *μόνον δὲ τοῦτο* (scil. *φιλία*) *τὰ μὲν δυσχερῆ πάντα μειοῖ, τὰ δὲ ἀγαθὰ πάντα αὔξει*), ita ut Maximum huius generis amicitiae notitiam habuisse non mirum sit. En ipsum cum Cicerone mire consentientem:

Lael. 10. 33 nil difficilius esse dicebat (Scipio) quam amicitiam usque ad extremum vitae diem permanere . . . atque exemplum e similitudine capiebat ineuntis aetatis quod summi puerorum amores saepe una cum praetexta toga ponerentur, sin autem ad adulescentiam perduxissent, dirimi tamen interdum contentione vel uxoriae condicionis vel commodi alicuius, quod idem adipisci uterque non posset. Quodsi qui longius in amicitia provecti essent, tamen saepe labefactari, si in honoris contentionem incidissent; pestem enim nullam maiorem esse amicitiis, quam in plerisque pecuniae cupiditatem in optimis quibusque honoris certamen et gloriae sq.	Max. 6. 6 οὐκ ἔστιν οὐδὲ ἀνδρὶ πρὸς ἄνδρα φιλίας ὁλκή, μέχρις ἂν αὐτῷ οἱ ὀφθαλμοὶ φαντάζωνται χρυσὸν καὶ ἄργυρον. κἂν τούτων ἀπαγάγῃς τὴν ὄψιν, οὐχ ἀπόχρη πρὸς φιλίαν ἡ καρτερία, ἀλλ' ἐνοχλεῖ αὖθις ἢ παιδικῶν ὥρα, ἢ γυναικὸς κάλλος. κἂν καταμύσῃς πρὸς ταῦτα „εὐπρόσωπος ὁ . . δῆμος" καὶ τὰ ἐν ἐκκλησίαις κηρύγματα, καὶ ἡ ἀπ' αὐτῶν δόξα. κἂν ὑπερίδῃς ταύτης, οὐχ ὑπερόψει δικαστηρίου. . . πολλάς σε δεῖ ἡδονὰς παραδραμεῖν καὶ πολλοῖς πόνοις ἀντιβλέψαι (cf. Themist. 22. 269 a πολλοὺς μὲν γὰρ αἱρεῖσθαι πόνους, πολλὰς δὲ ὑπερβαίνειν ἡδονὰς ἐν τοῖς ὑπὲρ φιλίας ἀγῶσι ἀνάγκη)

quibus tertius accedit Epictetus, qui quidem paulo alio sensu ea in-

tellegi voluit quae dixit (II 22. 10 *περὶ φιλίας*) *βάλε καὶ σοῦ καὶ τοῦ παιδίου μέσον ἀγρίδιον καὶ γνώσῃ πῶς σε τὸ παιδίον ταχέως κατορύξαι θέλει . . . βάλε κορασίδιον κομψὸν καὶ αὐτὸς ὁ γέρων φιλεῖ κἀκεῖνος ὁ νεός· ἂν δὲ δοξάριον* sq.[1]). Vides eandem apud tres illos sententiam, pro fundamento sitam, ab auctore philosophae commentationis, ab oratore *ἐπιδεικτικῶς* declamitante, a philosopho virtutem praedicante eundem in finem etsi vario modo adhibitam. Nonne igitur e populari philosophia ea oriunda habenda sunt? — Exempla quae adfert verae amicitiae, Achilles Patroclus, Harmodius Aristogiton, fixa illa et usu stabilita sunt, quae ubique proferuntur, cf. Plut. de amicor. multitudine 2 (cf. Heylbut l. s. p. 17), Orestes Theseus etiam apud Cicer. de fin. I 65; Achillem Patroclum a Homero huius rei pro exemplis propositos esse docent Ps. Plut. de vit. et p. Hom. c 185 Themist. 271. a (orat. 22). — Iam in vicesimae prooemio Prodiceam de Hercule fabulam exposuit ita tamen, ut Virtutis et Malitiae partes agentes induceret Amicitiam et Blanditiam, aetatis consuetudinem secutus; ad personas quas ipsi sibi finxerunt transferre illas solebant (Dio I 69 sq. regem tyrannum, Cebes eruditum et rudem, Philostratus philosophiam Indicam Aegyptiam opposuerunt); nec deest, qui eadem ratione atque Maximus hoc fecerit, Themistium dico, qui *φιλίαν* et *ὑπόνοιαν* personas illas agere iussit (*π. φιλίας* 22. 280 a). Quae tum Maximus protulit, praecepta sunt, qua ratione amicum parare adulatorem effugere possis, quae eadem vel similia apud omnes fere inveniuntur; velut ante iudicare opus esse quam amare (*δεῖ δὲ κρῖναι πρὶν ἄρξασθαι χρῆσθαι* 20. 3) quod Theophrasti dictum per omnem fere antiquitatem servatum esse bene Heylbut exposuit (p. 23) exemplis e Cicerone Plutarcho Stobaeo Himerio aliis haud paucis allatis. Propius ad Maximum Plutarchi verba accedunt (de adul. et amico cap. 2 [49 c] *ἀλλὰ τὴν τότε πεῖραν οὐ δεῖ περιμένειν ἀνωφελῆ, μᾶλλον δὲ βλαβερὰν καὶ οὐκ ἀκίνδυνον οὖσαν* cf. Max. *ἀλλ' εἰ ἀναμενοῦμεν τὸ τέλος, ἄλλη βλάβη φθήσεται τὴν γνῶσιν* et paulo post *οὐ γὰρ δεῖ βλαβέντας αἰσθέσθαι, ἀλλ' ὅπως μὴ βλαβῶμεν ἐμπειρίαν λαβεῖν καὶ κατανόησιν τοῦ κόλακος* cf. Max. *ἐὰν ὑστερῇ τῆς χρήσεως ἡ κρίσις, ὁ χρῆσθαι φθάσας*

---

1) Quocum conferendus est Themistius, qui idem atque ille de canibus amicis, carne vel ossibus proiecto in inimicos mutatis protulit 269 b.

καὶ μεταγνοὺς εἰς οὐδὲν δέον τὴν κρίσιν κατατίθεται). Non licere pro voluptate eos distinguere neque dulces statim adulatores esse, asperos amicos, putare, quoniam amicus *εὐψυχίαν προςλαβὼν ἥδιστον* sit (*βούλει τοίνυν ἡδονῇ καὶ λύπῃ κρινοῦμεν τὸν φίλον καὶ τὸν κόλακα* Max. 3 cf. Plut. ibid. c. 2 *οὐ γὰρ ἐπαινοῦμεν ὅσοι . . οἴονται τοὺς κεχαρισμένως ὁμιλοῦντας εὐθὺς ἔχειν ἐπ' αὐτοφώρῳ κόλακας εἰλημμένους· οὐδὲ γὰρ ἀηδὴς ὁ φίλος οὐδ' ἄκρατος* sq.). Amicum *κατὰ τὴν ἀρετὴν*, adulatorem *κατὰ τὴν μοχθηρίαν τάξαι* oportere; quod inde exortum est quod praecedente Aristotele, qui amicitiam *κατ' ἀρετὴν* iunctam summam esse voluit (cf. Heylbut p. 16), stoici nisi in bonis amicitiam esse non posse statuerunt (Lael. 5. 18 Stob. ecl. II 108 Diog. Laert. VII 124). Ad singula quae tum sequuntur, antitheta supervacaneum est similia aliunde adferre, cum huiusmodi sententiae unicuique de amici et adulatoris discrimine loquenti necessario in mentem venirent neque ab alio alius abscederet nisi forma qua eas instrueret: et cum ne illud quidem paulo magis singulare, amicum a deis amatum pium esse, adulatorem invisum iis et odiosum superstitem, non apud Plutarchum similiter dictum sit (*κινδυνεύει θεοῖς ἐχθρὸς ὁ κόλαξ εἶναι* de adul. c. 1), equidem non video cur Heylbut stoicos advocaverit, unde Maximus verba sua *τυράννῳ οὐδεὶς φίλος, βασιλεῖ δὲ οὐδεὶς κόλαξ* (§ 7) mutuatus esse putandus sit: unde cetera cuncta, inde etiam hoc habuit; quam late vulgata sint, quae a singulis antiquioribus de amicitia excogitata erant, optime illud docet *εἰ δέ ἐστιν ἡ φιλία ἰσότης τρόπου, τὸ δὲ μοχθηρὸν οὔτε αὐτὸ αὑτῷ οὔτε τῷ χρηστῷ ἴσον· ὁ μὲν ἀγαθὸς τῷ ἀγαθῷ φίλος, ἴσος γάρ· ὁ δὲ κόλαξ* sq. (20. 7). Quod physicorum dogma iam Plato attulit in Lyside *οὐκοῦν καὶ τοῖς τῶν σοφωτάτων συγγράμμασι ἐντετύχηκας . . . λέγουσιν, ὅτι τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ ἀνάγκη φίλον εἶναι. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ περὶ φύσεώς τε καὶ τοῦ ὅλου διαλεγόμενοι καὶ γράφοντες* (214 b sq., quibus certe non Antisthenem quem Dümmler voluit (acad. 201 adn. 1), sed alium nescio quem scriptorem eius aetatis respexit; eandem Democriti doctrinam Aetius nobis servavit (Diels 408) et Aristoteles quoque tetigit (eth. Nicom. 1155 a 32) idem videmus a stoicis receptum (Stob. ecl. II 108), unde ad popularem philosophiam pervenit (Dio IV 42 *φιλίαν τὸ ταὐτὰ βούλεσθαι*

ὁμόνοιάν τινα οὖσαν Plut. de adul. c. 5/6 de amic. mult. c. 8. Cic. Lael. 3. 15 Senec. benef. II 21 alia).

Haud adeo multus Maximus est de regibus. Etiam in his primus est Aristoteles, qui praecepta et dicta de optimo regum genere collegit et edidit; divisionem eius in *βασιλείαν ἀριστοκρατίαν δημοκρατίαν* (iam a Platone in Politico constitutam) eorumque *παρεκβάσεις τυραννίδα ὀλιγαρχίαν ὀχλοκρατίαν* (eth. Nic. 1160 a 31 sq.), quippe quae apud omnes fere illius temporis scriptores inveniatur (Ps. Plut. de vit. e. p. Hom. cap. 182 Dio III 45 sq.), videmus neque apud Maximum deesse (22. 4). Quae autem praeter ea apud Maximum inveniuntur, tritissima et vilissima sunt, velut reges *διοτρεφεῖς* et *διογενεῖς* esse (6. 1 cf. 29. 1. Dio Chrys. I 38 IV 41 Themist. 5 64. b 34. 26 9 122 d); regem bonum pastorem esse partim e Homerico *ποιμένι λαῶν* deductum, partim e vita pastorali sumptum (29. 1 [de philos. 7. 3] 40. 3; quod iterum iam ab Aristotele fuit inchoatum [eth. Nicom. 1161 a 15] Xenoph. mem. III 2 [= Stob. flor. 54. 28] Dio I 17 Themist. 34. 26; 9. 121 d; 13. 171 d Iulian. orat. II 86 d Archyt. apud Stob. flor. 46. 61 cf. quoque Xenoph. inst. Cyri 8. 2. 14 Dio 56. 2). Huc referendum est, cum Maximus bonum regem Cyrum cum pastore, malos cum lupis comparavit 12. 7 cf. Xenoph. inst. Cyri 8. 18; etiam illud hinc ad Maximum pervenit, regem esse pastorem, tyrannum lanionem, (Dio 4. 44 Themist. 13. 171 d) quod quidem a Maximo ad bonum et improbum amatorem translatum est 25. 2 — Agamemnonem optimum regis exemplum quippe simul et *αἰχμητὴν* et *βασιλέα* ab Homero proponi dixit in orat. 29. 1: ne hoc quidem de suo, sed adductus vulgari illorum versuum hac interpretatione, quam dederunt Xenoph. comm. III 2. 2 (Antisth. ap. Xenoph. conv. IV 6) Dio II 54 Aetius (Diels 501) cf. quoque Themist. 13. 176 c.)[2]).

---

2) Qualis huius doctrinae species fuerit, optime docet Dio Chrysost. I 15 sq., cuius ad similitudinem tam prope accedit Iulianus, ut utrumque haud inutile ducam adponere.

Dio περὶ βασιλείας (I 15 sq.)	Iulian. II 86 a sq.
ἔστι δὴ πρῶτον μὲν θεῶν ἐπιμελὴς καὶ τὸ δαιμόνιον προτιμῶν . . .	ἔστι δὲ πρῶτον μὲν εὐσεβὴς καὶ οὐχ ὀλίγωρος θεραπείας θεῶν . .
μετὰ δὲ τοὺς θεοὺς ἀνθρώπων ἐπιμελεῖται, τιμῶν μὲν καὶ ἀγαπῶν τοὺς ἀγαθοὺς, κηδόμενος δὲ πάντων . .	εἶτα ἐς τοὺς τοκῆας . . ὅσιος καὶ ἐπιμελὴς . . τοῖς μὲν ἀγαθοῖς τῶν πολιτῶν ἀρέσκειν ἐθέλων, τῶν πολλῶν δὲ ἐπιμελόμενος ἐν δίκῃ καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ . .

Paulo copiosiorem dedit Maximus laudem agriculturae (orat. 30). Facile etiam hic intelligimus sententias eum protulisse quas apud omnes de eadem re locutos si servatos teneremus inveniremus; enim-

---

21 καὶ μὲν δὴ οἴεται δεῖν πλέον ἔχειν διὰ τὴν ἀρχὴν οὐ τῶν χρημάτων οὐδὲ τῶν ἡδονῶν, ἀλλὰ τῆς ἐπιμελείας καὶ τῶν φροντίδων [paulo post (23) καὶ τοίνυν εὐεργετῶν ἥδεται πλείω τῶν εὐεργετουμένων, καὶ μόνης ταύτης ἐστὶ τῆς ἡδονῆς ἀκόρεστος sq.] ὥστε καὶ φιλόπονος μᾶλλόν ἐστιν ἢ πολλοὶ τῶν ἄλλων φιλήδονοι ἢ φιλοχρήματοι sq.

c χαίρων καὶ γεγηϑὼς οὔτε τῷ πλέον ἔχειν τῶν ἄλλων χρυσίον . . . ἀλλὰ τῷ πολλοῖς μὲν εὖ ποιεῖν δύνασϑαι, χαρίζεσϑαι δὲ ἅπασιν . . .

φιλόπονος δὲ ὢν φύσει καὶ μεγαλόψυχος κοινωνεῖ μὲν ἅπασι τῶν πόνων sq.

27 καὶ πολεμικὸς μὲν οὕτως ἐστὶν ὥστ' ἐπ' αὐτῷ εἶναι τὸ πολεμεῖν· εἰρηνικὸς δὲ οὕτως ὡς μηδὲν ἀξιόμαχον αὐτῷ λείπεσϑαι· καὶ γὰρ δὴ καὶ τόδε οἶδεν, ὅτι τοῖς κάλλιστα πολεμεῖν παρασκευασμένοις, τούτοις μάλιστα ἔξεστιν εἰρήνην ἄγειν.

b ἀνδρεῖος μὲν φύσει . . . πολέμῳ δὲ ἥκιστα χαίρων καὶ στάσιν ἐμφύλιον ἀπεχϑαίρων· τούς γε μὴν ἔκ τινος τύχης ἐπιφυομένους ἢ διὰ τὴν σφῶν αὐτῶν μοχϑηρίαν ἀνδρείως ὑφιστάμενος καὶ ἀμυνόμενος ἐγκρατῶς

28 φιλέταιρος δὲ καὶ φιλοπολίτης καὶ φιλοστρατιώτης ὁμοίως πέφυκεν . . .

ὅμοιόν γε πέπονϑε καϑάπερ εἰ ποιμὴν τοὺς συμφυλάττοντας αὐτῷ ἀγνοοίη καὶ μήτε τροφὴν αὐτοῖς ὀρέγοι μήτε συναγρυπνήσειέ ποτε φυλάττουσιν· οὗτος γὰρ οὐ τὰ ϑηρία μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς κύνας ἀναπείϑει μὴ ἀπέχεσϑαι τῆς ποίμνης cf. Iul. 88 a προνοητέον δὲ αὐτῷ ὅπως ἄφϑονον τὴν τροφὴν ἔχωσι καὶ οὐδενὸς τῶν ἀναγκαίων ἐνδέωνται. πολλάκις γὰρ οἱ πιστότατοι τῶν ποιμνίων φρουροὶ καὶ φύλακες ὑπὸ τῆς ἐνδείας ἀναγκαζόμενοι ἄγριοί τε εἰσιν τοῖς νομεῦσι καὶ αὐτοὺς πόρρωϑεν ἰδόντες περιυλακτοῦσι καὶ οὐδὲ τῶν προβάτων ἀπέσχοντο

d φιλόπολις δὲ ἂν καὶ φιλοστρατιώτης τῶν μὲν καϑάπερ νομεὺς ποιμνίων ἐπιμελεῖται προνοῶν, ὅπως ἂν αὐτῷ ϑάλλῃ καὶ εὐϑηνῆται τὰ ϑρέμματα δαψιλοῦς καὶ ἀταράχου τῆς νομῆς ἐμπιπλάμενα, τοὺς δὲ ἐφορᾷ καὶ συνέχει πρὸς ἀνδρείαν γυμνάζων καϑάπερ σκύλακας εὐφυεῖς καὶ γενναίους τῆς ποίμνης φύλακας . . . ἀλλ' οὐχὶ ἁρπακτῆράς τινας οὐδὲ λυμεῶνας τῶν ποιμνίων καϑάπερ οἱ λύκοι καὶ κυνῶν οἱ φαυλότατοι

34 τί δὲ σεμνότερον ϑέαμα γενναίου καὶ φιλοπόνου βασιλέως;

88 a ἔστι γὰρ ἀληϑῶς ἥδιστον ϑέαμα στρατιώτῃ πονουμένῳ σώφρων αὐτοκράτωρ.

14 ἐν ἄλλοις δὲ οὐδὲ καϑεύδειν αὐτὸν ἀξιοῖ (scil. Homerus) δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ὡς οὐκ οὖσαν αὐτῷ σχολὴν ῥαϑυμεῖν

87 ὕπνῳ τε εἴκων ὀλίγα καὶ τὴν ἀργίαν ἀποστρεφόμενος [ἀληϑῶς γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς εἰς οὐδὲν ἄξιος καϑεύδων ἀνὴρ hoc ex Platone (leg. 7. 808 b) intrusum]

vero singulorum haud pauca novimus cum Maximo congrua; velut iustitiam maxime agricolas colere 30. 4 cf. Themist. (30. 350 d *ὥστε καὶ δικαιοσύνην μάλιστα ἐντεῦθεν εἰκὸς περιγίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις· οὐδὲ γὰρ σχολὴ γεωργοῖς ἀδικεῖν* sq.); in agricultura aequum esse dare et accipere (*παρὰ γεωργίας ἴση μὲν ἡ ἀντίδοσις οἰκεία δὲ ἡ ὁμιλία* 30. 4 cf. Muson. ap. Stob. flor. 56. 18 *ἀμείβεται γὰρ ἡ γῆ κάλλιστα καὶ δικαιότατα τοὺς ἐπιμελομένους αὐτοὺς . . καὶ ταῦτα μὲν σὺν τῷ πρέποντι, σὺν αἰσχύνῃ δ' οὐδὲν αὐτῶν* cf. Xenoph. oec. V 8 *τίς δὲ ἥδιον τὸν ἐπιμελόμενον δέχεται, προτείνουσα προσιόντι λαβεῖν ὅτι χρῄζει* (= Stob. flor. 56. 19); festis sacris apud agricolas proprium locum esse (30. 5; Xenoph. ib. *καὶ θεοῖς κοσμοῦσι καὶ βωμοὺς καὶ ἀγάλματα* cf. quoque Themist. 349. b *οὐ μὴν οὐδὲ Ὀρφέως τελετάς τε καὶ ὄργια γεωργίας ἐκτὸς συμβέβηκεν εἶναι* sq.); agriculturam locum sapientiae dare (30. 6 cf. Muson. Stob. 56. 18 *ἐμοὶ μὲν δοκεῖ ἄριστον τοῦτο πάντων τῶν ἐν γεωργίαις ἔργων, ὅτι τῇ ψυχῇ παρέχει σχολὴν πλείονα διανοεῖσθαί τι καὶ ζητεῖν*

---

37 ἐγὼ μὲν ἐπεθύμουν διελθεῖν περὶ τοῦ μεγίστου καὶ πρώτου βασιλέως !καὶ ἄρχοντος ὃν χρὴ μιμουμένους . . . τοῦ θεοῦ τούτου μαθητάς τε καὶ ζηλωτὰς ὁ λόγος ἀποφαίνεται

εἰς αὐτὸν δὲ οἶμαι τῶν θεῶν τὸν βασιλέα (βλεπτέον) οὗπερ εἶναι χρὴ τὸν ἀληθῶς ἄρχοντα προφήτην καὶ ὑπηρέτην

Dio IV 62 ὃ καὶ τῶν μελιττῶν τῷ βασιλεῖ πρόσεστιν . . . ὅτι μόνη ἐκείνη ἡ μέλιττα ἄνευ κέντρου ἐστὶν, ὡς οὐδὲν αὐτῇ δέον ὅπλου πρὸς οὐδένα, οὐδεμία γὰρ αὐτῇ τῶν ἄλλων ἀμφισβητήσει περὶ τῆς βασιλείας οὐδὲ μαχήσεται τοῦτο ἐχούσῃ

αὐτῷ δὲ οὔτε ἐν τῇ χειρὶ ξίφος εἰς πολίτου, κἂν ἀδικῇ τὰ ἔσχατα, φόνον οὔτε ἐν τῇ ψυχῇ κέντρον ὑπεῖναι χρὴ ὅπου καὶ τὴν τῶν μελιττῶν ὁρῶμεν βασιλεύουσαν καθαρὰν ὑπὸ τῆς φύσεως πλήκτρου γενομένην

Dio III 5 πῶς οὐχ ἂν εἴποι τις τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς ἀγαθὸν εἶναι τὸν δαίμονα

92 a ἀγαπῶντες μὲν τὸν αἴτιον τῶν παρόντων σφίσι καθάπερ ἀγαθὸν δαίμονα

Cum autem Iulianus ipse dixerit ταῦτα ἐγὼ τῶν σοφῶν ἀκούω πολλάκις καί με ὁ λόγος ἰσχυρῶς πείθει· οὐκοῦν καὶ ἐς ὑμᾶς αὐτὸν διεξῆλθον μακρότερα μὲν τυχὸν ἴσως τοῦ καιροῦ φθεγγόμενος **(92 c), aut e Dione sua aut aliunde sumpsisse putandus est; Dionem Plutarchum etiam Maximum Themistio Iuliano aliis eius aetatis notissimos fuisse per se apparet et sunt permulta singula huius rei argumenta quae hic curare non licet; etiamsi igitur hic quoque Iulianum e Dione pendere debemus adfirmare, tamen cum ne ipsum quidem Dionem ea sibi excogitasse, sed certam traditionem sequi, ex iterationibus eiusdem rei eodem fere ordine institutis appareat, de doctrinae illius certa hac forma non licet dubitari.**

παιδείας ἐχόμενον cf. Them. *σοφίαν ἀσκοῦντες* scil. *γεωργοὶ* 350 a) corporis virtutes agricultura augeri, nec non agricolas milites, et optimos quidem fieri (30. 6 Xenoph. V 13 *ἢν δ' ἄρα ὑπὸ πλήθους ποτὲ στρατευμάτων τῶν ἔργων στερηθῇ ἡ γῆ, οἱ ἐν τῇ γεωργίᾳ ἀναστρεφόμενοι καὶ σφοδρῶς καὶ ἀνδρικῶς παιδευόμενοι, οὗτοι εὖ παρεσκευασμένοι τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς δύνανται ἰόντες εἰς τὰ τῶν κωλυόντων λαμβάνειν ἀφ' ὧν θρέψονται*).

Haud secus denique vilia sunt quae de amore protulit (iis videlicet exceptis quae e Platonis scriptis sumpsit), inprimis descriptiones illas dico quas invenimus in orat. 25. 4 et 26. 2. Malum amorem morbum aeque ac Maximus (25. 4) nominat Apuleius (de dogm. Plat. II 14) alterum *ἀρετὴν* alterum *ὕβριν* (Max. 24. 4 cf. [Lucian.] amores 37), alter *ἄρρην* opponitur alteri *ἁπαλῷ* (Max. ib. Plutarch. amatorius passim [Luc.] am. 5 passim), bonus amator *ἐν πολέμῳ συναριστεύει, ἐν ἀτυχίαις συνατυχεῖ* cf. [Luc.] am. 46; *ἀποθανόντι συναποθνήσκει* (e Platonis symp. 179 e; cf. Lucian. am. 46), adulterum in tenebris sese abscondere, veritum ne videretur (cf. Muson. ap. Stob. flor. 6. 61 Iulian. V 198 c Plutarch. ap. Stob. flor. 6. 46) nefarium amorem esse *ἄδικον μῖξιν ἄγονον συνουσίαν* (*ἐπὶ πετρῶν σπείρεις, ψάμμους ἀροῖς* 26. 9 cf. [Luc.] am. 20 Plut. amat. 21, qui illud *ὥσπερ αἱ τέττιγες* e Platonis symp. 191 c sumptum in malam partem interpretatus est). Etiam in his igitur patet, unde sua hauserit Maximus: tritissimae sunt sententiae in popularem philosophiam receptae, non tamen proprie iam philosophicae nominandae, quippe quae observationes magis sint quam cogitationes de observatis quibusdam institutae et ad finem quendam productae.

V. Alterum illud genus efficiunt ratiocinationes stoicae plerumque originis quae a multorum intellectu non remotae erant, ob eamque rem ab omnibus fere receptae adhibitae traditae inveniuntur. Quarum tritissima puto ea erat qua quae ratio inter hominem et animalia intercedat illustrabant; esse homines in multis inferiores animalibus non solum corporibus infirmioribus neque ullo naturali tegumento munitis praeditos, sed etiam sensuum subtilitate plerumque ab illis superatos; praestare autem omnia haec *πλεονεκτήματα* rationem homini innatam, qua et ipse servaretur et omnia in sui ipsius servitium redigeret; quam

Maximo perfamiliarem passim in eius orationibus sive apte adhibitam sive nulla necessitudine cum tractatione coniunctam legimus (2. 4, 16. 5, 26. 6, 35. 7) atque in eandem quidem formam coactam, qua apud multos alios invenimus (Themist. *περὶ ἀρετῆς* [Rh. mus. 27 p. 449] Iambl. protrept. 5 [p. 36 Pist.] Plutarch. de fort. 3 de soll. animal. 5; quod ad *πλεονεκτήματα* illa, conferatur Iulian. VI 194 c Orig. c. Cels. p. 219 Porph. de abstin. III 8 Plutarch. *περὶ ἰσχύος* Cic. de nat. deor. II 63. 158). Accedit his sententia eiusdem originis arte cum illa coniuncta, uni cuique animalium munus esse ad utilitatem hominum; apud Maximum quidem quodammodo obscurata: *βοῦς ἀροῖ ἵππος ἀθλεύει· ἐὰν δὲ μεταθῇς τὰ ἔργα, παρανομεῖς περὶ τὴν φύσιν* (29. 4, 2. 3 cf. Cic. de nat. deor. I 14. 37 Porph. 20 Varro fragm. 559 [Norden Fleck. ann. suppl. 18 p. 319 adn. 3] Seneca ben. IV 5. 2 Phil. fragm. [=p. 675 M. Aucheri vol. 6 p. 238]). Videmus igitur, qui fuerint qui in suum usum has sententias vertere solebant; stoici et si qui e stoicorum doctrina sua hauserint ab altera parte, ab altera Platonici Pythagorei popularis philosophiae sectatores; inter quos Maximus ea accepisse putandus est.

Sed fortasse non inutile erit, cum in his quidem ultra probabilitatem fieri possit, ad originem ea reducere; praesertim cum simul Schlemmii, qui nuper de Plutarchi oratione περὶ τύχης locutus ad Zenonem (nam inter stoicos retinemur) ea referre studuit, apertum possimus errorem corrigere; omnia enim ad Chrysippum auctorem remittunt. Atque primum quidem apud Plutarchum, Porphyrium, Philonem Iudaeum, Sextum Empiricum vestigia libri cuiusdam apparent, in quo Chrysippeae huius de animalibus doctrinae ipsa capita singillatim tractata funditus evertebantur. Quam eandem doctrinam cum Posidonius fere integram (apud Ciceronem), Philo qui in illo libro in utramque sententiam sua exposuit, magna ex parte, Seneca aliique frustula servaverint, quattuor illis inter se comparatis hos statim adponam, molestas ut repetitiones effugiam. Adversariorum igitur quos illi oppugnavere, hancce explicant sententiam. Rationis duplex genus esse τοῦ μὲν ἐνδιαθέτου, τοῦ δὲ προφορικοῦ (Porph. de abstin. III 2 Phil. de animal. § 12 Sext. Emp. hypot. A 65 Plutarch. ad eandem definitionem allusit de solert. 19. 973 a) novit autem eam ut docet commentationis max. cum princ. phil. e. verba (cap. 3) τὸ δὲ λέγειν ὅτι δύο λόγοι εἰσὶν, ὁ μὲν ἐνδιάθετος, ὁ δὲ ἐν προφορᾷ — stoicam hanc definitionem (cf. Zeller III 1. 67 adn. 1) etiam apud Platonicos invenies (cf. Albin. introd. in Plat. II). Atque alterius pronuntiativae expers esse animal; hoc quidem stoicos dicere (quorum sententiam secutus est Galenus (protr. ed. Kaibel p. 1 ἴσως γὰρ εἰ καὶ μὴ τοῦ κατὰ τὴν φωνὴν, ὃν καὶ προφορικὸν ὀνομάζουσιν . . μετέχει πάντα) sed non verum esse, cum etiam animalia sint „voce articulata utentia, e natura per se edocta auditu proprio“ (verba Phil. 13 cf. Porph. 3 τοῦ

ὑπὸ τῆς γλώσσης φωνηθέντος λόγου μέτοχα τὰ ζῷα τὰ φωνητικὰ . . . κατὰ νόμους, οὓς παρὰ τῶν θεῶν καὶ τῆς φύσεως εἴληχεν ἕκαστον Plut. de sol. 19 καὶ προφορικοῦ λόγου καὶ φωνῆς ἐνάρθρου μέτεστιν αὐτοῖς cf. Celsi opinio (ap. Orig. p. 219) λόγου συμπλήρωσίς ἐστι παρ' αὐτοῖς καὶ φωνή), multa quoque, quae etiam edoceantur a hominibus, sicut dicitur de corvis et Indicis psittacis (verba Philon. 13 Porph. 4 κόρακες γοῦν καὶ κιτταὶ ἐριθακοί τε καὶ ψιττακοὶ ἀνθρώπους μιμοῦνται . . . ἡ δὲ Ἰνδικὴ ὕαινα οὕτω φθέγγεται ἀνθρωπικῶς Plut. 19 ψᾶρες καὶ κόρακες καὶ ψιττακοὶ μανθάνοντες διαλέγεσθαι Sext. Emp. 73 ἵνα δὲ καὶ ταῦτα παραλίπωμεν, μάλιστα μὲν ὁρῶμεν τὰ ζῷα καὶ ἀνθρωπίνας προφερόμενα φωνὰς ὡς κίττας καὶ ἄλλα τινά cf. eiusdem adv. math. 8. 275 ἄνθρωπος οὐχὶ τῷ προφορικῷ λόγῳ διαφέρει τῶν ἀλόγων ζῴων (καὶ γὰρ κόρακες καὶ ψιττακοὶ καὶ κίτται ἐνάρθρους προφέρονται φωνὰς (cf etiam 7. 274); itaque non debere eos inde quod homines eorum vocem non percipiant, omnino animalia non habere quandam colligere (Porph. 3 Sext. 74), praesertim cum saepius prout motum sit animal vocem mutans audiri possit (Porph. 4 Sext. 75). Alterius autem rationis illos dixisse propter id expers esse animal, quod rectam rationem (λόγον κατωρθωμένον) non habeat, neque igitur contrariam illi scil. ἡμαρτημένον. Esse autem etiam hic obiciendum, e summae rationis defectu non omnino sequi rationis παντελῆ στέρησιν, sed ἐν τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον τὴν διαφορὰν ponendam esse (Phil. 29 Porph. 7/8 Plut. 4 [962. b]). Tum corporis dissimilitudinem eos attulisse, sed cum iisdem corporum κινήμασι, cum κατὰ φύσιν, tum παρὰ φύσιν i. e. morbis, animalia afficiantur atque homines, neminem propter hanc rem rationem iis abiudicare posse (Porph. 7 Phil. 31). Sensibus autem subtilioribus plerumque hominibus praedita esse ipsos adversarios concedere (Porph. 8 Plut. 5 [963 a] Sext. Emp. 64) sed ne debuisse eos affirmare τῇ αἱρέσει τῶν οἰκείων καὶ φυγῇ τῶν ἀλλοτρίων σαλεύειν animalia — id quod primum quo λόγον ἐνδιάθετον ea deficere probarent caput posuissent (Sext. Emp. 65, cuius liquidam et maxime philosopham dispositionem sequor) — nam re vera fugere pestifera eligere salutaria (Sext. 64; stoica sententia apud Cic. de nat. deor. II 47 122 Senec. ep. 121. 21 Philo 85 Plut. de am. prol. cap. 4), necessario igitur rationem iis tribuendam esse; nullo enim pacto illud posse, nisi sensibus accedat cogitatio et iudicium (Plut. 3 [960 f] Phil. 43). Ipsum quidem Chrysippum canes syllogismum facere affirmavisse (Plut. 13 [969 c] Porph. 16 Phil. 45 Sext. 69 cf. Ael. hist. anim. VI 159) sed vilem explicationem esse, cum φύσει canem hoc facere contendisset (Porph. 6); esse potius ἐξ αἰσθήσεων συλλογισμὸν intellegendum (Plut. l. s.)[2]. Alterum illos argumentum inde deduxisse, quod γνῶσις τῶν εἰς τοῦτο (scil. αἵρεσιν τῶν οἰκείων καὶ φυγὴν τῶν ἀλλοτρίων) συντεινουσῶν τεχνῶν, etsi non prorsus desit tamen in animalibus infirmior sit, quam ut ad probandam rationem sufficiat; naturam esse qua sola duce scirent animalia quibus armis a natura ad servandum genus praedita sint, quem ad modum iis uti oporteat (Porph. 9; ipsa stoica haec tenemus apud Cicer. de nat. deor. II 47. 120 eorumque e natura explicationem

---

2) De canis syllogismo hic Chrysippum egisse mihi quidem non probabile, cum ex ipsa eius sententia multo aptius esset inter virtutes animalium hominis similium etiam διαλεκτικὴ enumerata ita ut Sextus hoc loco eam posuit 69 κατὰ δὲ τὸν Χρύσιππον τὸν μάλιστα πολεμοῦντα τοῖς ἀλόγοις ζῴοις καὶ τῆς ἀοιδίμου διαλεκτικῆς μετέχει ὁ κύων.

apud Philon. 80 Cicer. de fin. V 15. 42 Orig. c. Cels. 221 Senec. ep. 121[3]), — cf. Ael. h. a. 9. 40 Plin. n. hist. 7. 1). Artes vero salutares illas non solum ab initio scire et possidere (velut canem τὴν ποριστικὴν τῶν οἰκείων, τὴν θηρευτικὴν Sext. 66 — alia exempla eiusdem rei polypus Phil. 30 Plut. 27 ostrea ardea Phil. 31 Plut. 10 Cic. 49. 124 (plataleam eam vocans) Aelian. III 20; πανουργίας (machinationis) aranea Phil. 17 Plut. 10 Cic. nat. d. II 48. 123 Phil. 78 Ael. I 21 (VI 57) Plin. 11. 29 hirundo Phil. 22 Plut. 10 apes Phil. 20 Plut. 10 Cic. de fin. 3. 19. 63 Senec. 121. 22 Phil. de prov. I 25 (Wendland zu Philo p. 9 adn. 3) Epict. Muson. e quo utroque locos collegit E. Weber (stud. lips. X p. 111); cautionis de salute propria columbae (vel perdices) Phil. 34 Plut. 16 σμίλη Phil. 36 Plut. 16 grues Cic. nat. deor. II 48. 125 Plut. 10 (cf. 28) Max. Tyr. 12. 3 formicae providae thesauros in hiemem condentes Orig. 218 Plut. 11 Phil. 92 cf. de prov. I 25 (Wendland p. 9 adn. 3) Herm. trismeg. ap. Stob. ecl. I 254 torpedines (saepiae) Cic. nat. deor. II 47. 121 Phil. 30 Plut. 27 Plin. IX 67; ἰατρικῆς (Plut. 20 Phil. 38) testudines origanon comedentes Plut. 20 cervi a phalangio morsi Phil. 38 Ael. v. hist. 1. 8 Plin. 8. 27 sese pepurgantes Cic. nat. deor. 50. 126 Ael. v. hist. 13. 35. Cretenses capellae Plut. 20 Phil. 38 Cic. n. d. 50. 126 Ael. v. hist. I 10 Gryll. 9 Plin. 8. 27 angues feniculo utentes Plut. 20 Plin. 8. 27 Celsus (ap. Orig. 220) canes vomitione ipsis medentes Cic. n. deor. 50. 126 Plut. 20 Sext. 71 ibis ic. n. deor. 50. 126 Plut. 20. Plin. 8. 27 —) sed etiam discere quaedam sive a homine cum mansuefacta (Porph. 6 Phil. 23) tum artibus quales homines exercent variis edocta (Phil. 23—28 Porph. 15) sive aliud ab alio instituta (Plut. 19 Porph. 6 exempla lusciniae Phil. 22 Plut. 4). Virtutes et vitia denique illos animalibus abiudicasse (ἀντίληψιν τῶν κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἀρετῶν τῶν περὶ τὰ πάθη Sext. 65. Phil. 66 Plut. 3 Porph. 10 cf. Chrysippus apud Alex. Aphrod. (Gercke Chrysippea 129) ἔχει (ὁ ἄνθρωπος) παρὰ αὐτῆς (scil. τῆς φύσεως) δύναμίν τε καὶ ἐπιτηδειότητα δεκτικὴν αὐτῆς (scil. ἀρετῆς) ἣν οὐδὲν τῶν ἄλλων ζῴων ἔχει cf. Chrysipp. 24 et quae Gercke dixit prol. p. 699 suppl. ann. Fleck. 14) cum autem ex ipsorum sententia πάθη κρίσεις φαῦλαι sint et δόξαι ψευδεῖς (ipsius iterum Chrysippi haec definitio cf. Galen. de plac. Hipp. et Plat. 429 Laert. Diog. VII 111 Hirzel ad Cic. de fin. III 10 35 (untersuch. II p. 591) Zeller III 1 p. 226 adn. 6, 228 adn. 2 cf. quoque Plut. de virt. mor. cap. 7), servata hac definitione etiam rationem iis esse sequi (Plut. 3), quod cum evitare conati ὡσανεὶ ἥδεσθαι, ὡσανεὶ λυπεῖσθαι (Plut. 3) i. e. non veris affectibus moveri dixissent sed similibus quibusdam illorum ὁρμαῖς (Sen. de ira I 3 ep. 124. 18 Galen. p. 476 cf. quoque Cic. nat. deor. II 12. 34, 11. 29, 47. 122 Gercke Chrys. index s. v. ζῷον) idem hoc esse atque veluti audire veluti videre ea, quod ne ipsos quidem dicturos esse simile veri sit (Plut. 3). Esse autem re vera animalia virtutibus vitiis obnoxia, exempla aut pudicitiae esse columbarum mares ova frangentes ne femina super ova sedens impediat illis coitum (Phil. 66 Plut. 4), aliorum vero certo anni

---

3) Quae partim ad illustrandam providentiam rerumque omnium finem probandum, partim ut nil hominibus iuris esse cum bestiis atque suo iure eos illis uti posse quippe in hominum usum creatis ostenderetur adhibita tamen ex uno certo illo fundamento exstructa optime demonstrant, quo modo varium ad finem unam eandem sententiam Chrysippus produxerit.

tempore ad coitum adgressos usque ad conceptionem solam feminis usos (Phil. 48 Porph. 10 Plut. de am. prol. 2), amoris erga ea quae procreassent (Phil. 33 cf. Cic. nat. deor. II 129) testudines (Plut. sol. 33 Cic. l. s. 129) gallinas aliasque aves locum ad pariendum quietum requirentes (Cic. 129 Porph. 10 cf. Plut. de am. prol. 2) nidosque construentes (Cic. 129 cf. de hirundine Phil. 22 Plut. 10 Plin. X 49 e Varronis satiris non nulla attulit Norden Fleck. ann. suppl. 18 p. 319 adn. 3; de halcyone Plut. soll. 35 de am. prol. 2 de perdice Phil. 35 Plut. 16 de am. prol. 2), pullos cum exclusissent ita tutatos ut et pennis foverent ne frigore laederentur et si calor esset a sole se opponentes sq. (verba Cic. 129 Phil. 33 Plut. 16 de am. prol. 2), amoris libidinosi innaturalis arietem Glaucae (Phil. 66 Plut. 18) tauri in Pasiphaen incensi (Phil. 66 cf. Porph. 16) iustitiae formicas (Porph. 11 Plut. 11 ubi Cleanthis observationem enarrat cf. Aelian. VI 50 — Cic. de fin. III 14. 63; omnino omnis generis virtutum κάτοπτρα Orig. 217 Plut sol. 11) canem (Sext. 67) apes (Porph. 11 Phil. 61 Cic. de fin. III 19. 63) ciconias (Phil. 61 [Plut. 4 paulo aliter] Cic. ib. Orig. 228 Ael. III 23) pinae custodem (Cic. ib. Phil. 60 Plut. 17) trochilum (Phil. 60 Plut. 17); nec non communionem (κοινωνικὸν) multa servare, vel plerisque sublata cum hominibus coniunctione actum esse (Porph. 12 Cic. ib. 130); cum autem stoici ipsum illud κοινωνικὸν fundamentum iustitiae esse docuissent, iniuste eos una cum bestiis communionem respuentibus etiam mansueta e iustitia excludere (Porph. 12). Haec contra novum Chrysippeae doctrinae caput sese vertunt: esse ille dixit deorum hominumque naturalem communionem ut inter unius urbis cives; solos enim ratione utentes iure ac lege vivere (Cic. de nat. deor. II 62. 154 Sext. Emp. adv. phys. I 131 qui cum hic e Posidonio hauserit (Schmekel mittl. stoa p. 103), Posidonius autem priorum sententias exposuerit, sponte ad Chrysippum hic quoque ducimur); homini nil iuris esse cum bestiis quippe ratione carentibus (Sext. Emp. l. a. Porph. 18 Plut. sol. 6); sine iniuria igitur posse homines animalibus uti (Cic. de fin. III 20. 67 Chrysippo diserte nominato), quippe quae unius hominis causa facta sint velut equus vehendi causa canis custodiendi venandi (Porph. 20 Chrysippi nomine adposito Cic. de nat. deor. II 63. 158, II 14. 37 Chrysippi nomine adposito; Senec. de benef. IV 5. 2 Phil. fragm. p. 675 M (= Auch. vol. 6 p. 238), alia virtutis gymnasia (Porph. 20 Orig. c Cels. 213/15; Phil. de prov. II 103 Cic. nat. deor. II 64. 161); suem vero non habere cur procreatum sit, nisi ut cibo hominibus sit (Porph. 20 Cic. nat. deor. II 64. 160 Chrysippo diserte citato; alia apud Zellerum III 1. 172 adn. 3). Sed etiam hic eum corrigendum esse: ad hominum usum omnia deum procreasse bene muscas videlicet culices scarabaeos ostendere, quorum copiam cur deus fecerit non explicari posse; suem vero, si quodcumque natura effectum est, finem suum a natura datum assecutum utilitatem suam (εὐχρηστίαν) assequitur, tum quippe φύσει πρὸς τὸ σφαγῆναι καὶ καταβρωθῆναι γεγονὸς utilitatem suam assecuturum esse cum interimatur i. e. cum nullam iam ex eo utilitatem capere liceat (Porph. 20). — En habes doctrinam in singulis fere omnibus Chrysippi propriam, quamquam Posidonius ab ea paululum recessit (quippe qui animalibus affectus veros concesserit cf. Galen. 476), tamen illa aetate cum ad antiquiorem stoam magis magisque sese reverterent, solam traditam vulgatamque; a Carneade autem acerrime castigatam atque funditus eversam ita ut qui posteriorum temporum scriptores communem omnium fere de animalibus opinionem respuerent ab eaque recederent, sive rationalia ea esse probare cordi erat sive abstinendum iis esse evincere studebant (illud Philonis Sexti, hoc Plutarchi

Porphyrii propositum), ad ipsam Carneadis doctrinam per discipulos traditam quippe optimum argumentorum contra vulgarem adhibendorum compendium redirent [4]). Sed ut de iis quae in Plutarchi περὶ τύχης commentatione exstant, pauca addam, duo habemus, quorum consensu haec quoque (tertium quartumque caput dico) Chrysippea esse evincere possimus — quos Schlemmius non debebat negligere, praesertim cum alterum Ciceronis locum ipse afferret —. Eodem enim modo quo Plutarchus providentiam, non fortunam mundum regere probare conatus est — scilicet inde quod optime hominibus consultum sit ut qui natura plerisque animalium infirmiores totius tamen terrae domini fiunt una prudentia innata usi — eodem

4) Nam cum Chrysippei illius de sue dicti refutatio Carneadis nomine exornata sit, argumentum autem quo hominum causa omnia procreata esse prorsus negandum esse apud Porphyrium evinci vidimus, eiusdem Carneadis esse constet (habemus enim plane idem apud Ciceronem (acad. II 38. 120 cf. Zeller III 1. 506), nec non sententiae, quam Porphyrius (19) his verbis expressit πῶς δὲ οὐκ ἄλογον πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐπ' αἰσθήσει μόνον ζῶντας ὁρῶντας, πολλοὺς δὲ πάλιν ὠμότητι καὶ θυμῷ καὶ πλεονεξίᾳ τὰ φοβερώτατα τῶν θηρίων ὑπερβεβηκότας παιδοφόνους καὶ πατροκτόνους τυράννους καὶ βασιλέων ὑπουρούς, πρὸς μὲν τούτους οἴεσθαι δίκαιόν τι εἶναι ἡμῖν sq., similem inveniamus apud Ciceronem (nat. deor. III 27. 69, 31. 76) eamque rursus Carneadeam (Zeller l. s. 506), omnino autem tota argumentandi ratio Carneadem redoleat, quippe quem ex illius libris quos penitus novit, dogmata collegisse ipsisque Chrysippi argumentis doctrinam eius evertere solitum esse sciamus, non dubium potest esse, Carneadis discipulum quendam illius libri auctorem fuisse, quem Sextus Philo Plutarchus ante oculos habuerunt, cum commentationes suas conderent. Consulto Porphyrium omisi; nam habet sua recta via e Plutarcho cuius multis libris sese usum esse ipse dixit τὰ μὲν δὴ ποῦ Πλουτάρχου ἐν πολλοῖς βιβλίοις πρὸς τοὺς ἀπὸ στοᾶς καὶ περιπάτου εἰς ἀπάντησιν εἰρημένα ἐστὶν τοιαῦτα (24) cuiusque duo libri de solertia animalium capita (V/VI) ad verbum paene exscripsit (de abst. III 20—24) nomine eius non adposito, postquam iam paulo ante verba eius atque diserti quidem nominati e scripto nobis non servato attulit (cf. de his Bernays Theophrasts schrift üb. d. frömmigkeit p. 17 sq.). Sunt autem quibus etiam ea quae nullo auctore nominato tamquam sua exposuit, Plutarcho debuisse eum demonstretur. Primum sententiae haud paucae similiores quam quae e rei similitudine profecta esse affirmare debeas:

cf. Plut. 4

Σκόπει δ' ἄλλως, μὴ καὶ καταγέλαστόν ἐστι τοὺς Σωκράτεις καὶ τοὺς Πλάτωνας οὐδὲν ἐλαφροτέρᾳ κακίᾳ τοῦ τυχόντος ἀνδραπόδου συνεῖναι φάσκοντας, ἀλλ' ὁμοίως ἄφρονας εἶναι . . . εἶτα τῶν θηρίων αἰτιᾶσθαι τὸ μὴ καθαρὸν μηδ' ἀπηκριβωμένον πρὸς ἀρετήν, ὡς στέρησιν οὐχὶ φαυλότητα λόγου καὶ ἀσθένειαν . . ὁ δὲ ἀξιῶν τὸ μὴ πεφυκὸς ὀρθότητα λόγου δέχεσθαι, μηδὲ λόγον δέχεσθαι φύσει, πρῶτον μὲν οὐδὲν διαφέρει τοῦ μηδὲ πίθηκον αἴσχους φύσει μετέχειν . .

Porph. 8

ἐν τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον ἡ διαφορὰ συγχωρείσθω, οὐκ ἐν τελείᾳ στερήσει· οὐδ' ἐν τῷ καθάπαξ τὸ μὲν ἔχειν, τὸ δὲ μή. ἀλλ' ὡς ἐν ἑνὶ γένει τὸ μὲν ὑγιεινότερον σῶμά ἐστι, τὸ δὲ ἧττον ἔν τε εὐφυΐαις καὶ ἀφυΐαις, οὕτω καὶ ἐν ψυχαῖς ἡ μὲν ἀγαθή, ἡ δὲ φαύλη, καὶ τῶν φαύλων ἡ μὲν μᾶλλον, ἡ δὲ ἧττον· καὶ τῶν ἀγαθῶν οὐχ ἡ αὐτὴ ἰσότης οὐδὲ ὁμοίως Σωκράτης ἀγαθὸς καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων . . . οὐ τοίνυν οὐδ' εἰ μᾶλλον ἡμεῖς νοοῦμεν ἢ τὰ ζῷα, διὰ τοῦτο

modo dico Origenes (c. Cels.) providentiam defendit et Cicero vel potius Posidonius usus est ut, deos esse efficeret: naturam hominibus adiutricem dedisse σύνεσιν (Plut. ἀλλ' ἓν διδοῦσα [scil. natura] . . . τὸν λογισμόν, Orig. [c. Cels. p. 215]

ἀξιοῦντος, ὅτι μηδὲ κάλλους ἐπιδεκτικὰ . . ἐστίν· ἔπειτα τὴν διαφορὰν ἐμποδὼν οὖσαν οὐ συνορᾷ. λόγος μὲν γὰρ ἐγγίνεται φύσει, σπουδαῖος δὲ λόγος καὶ τέλειος ἐξ ἐπιμελείας . . . ὡς γὰρ ὄψεώς ἐστι προς ὄψιν διαφορὰ καὶ πτήσεως πρὸς πτῆσιν· οὐ γὰρ ὁμοίως ἱέρακες βλέπουσι καὶ τέττιγες· οὐδ' ἀετοὶ πέτανται καὶ πέρδικες οὕτως οὐδὲ παντὶ λογικῷ μέτεστιν ὡσαύτως τῆς εὑρομένης τὸ ἄκρον εὐστροφίας . . . et finem versus ἡ τοῦ φρονεῖν δύναμις ἄλλοις δ' ἄλλως κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον παροῦσα

ἀφαιρετέον τῶν ζῴων τὸ νοεῖν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ πέτεσθαι τοὺς πέρδικας, ὅτι μᾶλλον αὐτῶν οἱ ἱέρακες πέτονται οὐδὲ τοὺς ἄλλους ἱέρακες, ὅτι καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὁ φασσοφόνος (cf. quoque cap. II).

Plut. 19 (ad efficiendam ἐνδιάθετον rationem) ἐπεὶ δὲ τοῦ μαθεῖν τὸ διδάξαι λογικώτερον, ἤδη πιστέον Ἀριστοτέλει λέγοντι, καὶ τοῦτο τὰ ζῷα ποιεῖν· ὀφθῆναι γὰρ ἀηδόνα νεοσσὸν ᾄδειν προδιδάσκουσαν cf. Gryll. 9

Porph. 6 iam in ea parte quae de pronuntiativa est, ab ipso Porph. praemissa (una cum exemplo canis dialectici) εἰ μέντοι πιστεύειν δεῖ Ἀριστοτέλει, καὶ διδάσκοντα ὤφθη οὐ μόνον τῶν ἄλλων τι ποιεῖν (cf. Plut. 4) τὰ τέκνα τὰ ζῷα, ἀλλὰ καὶ φθέγγεσθαι, ὡς ἀηδὼν τὸν νεοσσὸν ᾄδειν

Plut. 22 διὸ κοινῇ μὲν ὁ Εὐριπίδης θεῶν κήρυκας ὀνομάζει τοὺς ὄρνιθας

Porph. 15 συνιᾶσιν αὐτῶν scil. τῶν θεῶν ὄρνιθες . . . καὶ συνέντες ἀπαγγέλλουσιν ὡς δύνανται καὶ τοῖς ἀνθρώποις εἰσὶ κήρυκες ἄλλοι ἄλλων θεῶν

ἰδίᾳ δέ φησιν ὁ Σωκράτης ὁμόδουλον ἑαυτὸν ποιεῖσθαι τῶν κύκνων

Porph. 17 οὐδὲ Σωκράτης τὸν κύνα καὶ τὸν χῆνα ὀμνὺς ἔπαιζεν, ἀλλὰ . . . οὐδὲ παίζων ὁμοδούλους αὑτοῦ ἔλεγεν τοὺς κύκνους

Plut. 6 τῆς δικαιοσύνης ἑτέραν γένεσιν οὐκ ἐχούσης, ἀλλὰ παντάπασιν ἀσυστάτου . . . γινομένης, εἰ πᾶσι τοῖς ζῴοις λόγου μέτεστι· γίνεται γὰρ ἢ τὸ ἀδικεῖν ἀναγκαῖον ἡμῖν ἀφειδοῦσιν αὐτῶν, ἢ μὴ χρωμένων αὐτοῖς, τὸ ζῆν ἀδύνατον

Porph. 18 πῶς οὐκ ἔστιν ἄτοπος ὁ κελεύων εἴ τισιν ἀναγκαζοίμεθα πολεμεῖν μηδὲ οἷς ἔξεστιν εἰρηνικῶς ὁμιλεῖν ἀλλ' ἢ πρὸς μηδὲν τῇ δικαιοσύνῃ χρωμένους ζῆν ἢ πρὸς πάντα χρωμένους μὴ ζῆν.

Tum illud observandum est, singula argumenta eandem cogitandi speciem praebere, non eadem autem apud utrumque esse, sed deesse hic quae illic inveniantur. Hoc si ipsius Porphyrii fuisse obieceris, qui ex alio auctore argumenta sumpserit, quae Plutarchus ei non porrigeret, opus erit credere, illum auctorem casu e Carneade ipsa ea sibi arripuisse, quae a Plutarcho neglecta essent. Quam hariolationem

ἡ σύνεσις μέγα βοήθημα ἡμῖν δέδοται), cum corporis virtutibus a bestiis multis superentur (ἐν πᾶσι τούτοις — οὐ γὰρ πύγμαχοι εἰμὲν ἀμύνονες, οὐδὲ παλαισταὶ οὐδὲ ποσὶ κραιπνῶς θέομεν — ἀτυχέστεροι τῶν θηρίων ἐσμέν Plut. ἡμεῖς γοῦν οἱ πολλῷ τῷ σώματι τῶν ἄλλων ζῴων ἀσθενέστεροι Orig.), ita ut sola ratione superior sit homo (οὐκ ἀπὸ τύχης οὐδὲ αὐτομάτως περίεσμεν αὐτῶν καὶ κρατοῦμεν, ἀλλ᾽ ὁ λογισμὸς αἴτιος Plut. κρατοῦμεν διὰ τὴν σύνεσιν τῶν θηρίων Orig.) et omnibus uti possit, prout lubeat, alio aliter

Plut.	Cic.	Orig.
κουφότατον ἵπποι, ἀνθρώποις θέουσιν . . .	(quid enim oves aliud adferunt . . .)	δοῦλα οὖν πάντα τοῦ λογικοῦ . . . καὶ εἰς ἄλλα
μάχιμον κύων καὶ θυμοειδὲς· ἄνθρωπον φυλάττει	canum vero tam fida custodia tantumque odium in externos	μὲν κυνῶν χρήζομεν, φερ᾽ εἰπεῖν, εἰς φυλακὴν ποιμνίων . . . εἰς ἄλλα δὲ βοῶν
ὗς πολύσαρκον καὶ ἡδύτατον ἰχθὺς τροφὴ καὶ ὄψον ἐστίν	sus vero quid habet praeter escam . . quid multitudinem et suavitatem piscium dicam	οἷον εἰς γεωργίας, εἰς ἄλλα δὲ ὑποζυγίοις χρώμεθα . . οὕτως εἰς γυμνάσια τῶν τῆς ἀνδρείας ἐν ἡμῖν σπερμάτων δεδόσθαι ἡμῖν λέγεται τὸ
τί μεῖζον καὶ φοβερώτερον ἰδεῖν ἐλέφαντος; ἀλλὰ καὶ τοῦτο παίγνιον γέγονεν ἀνθρώπου	iam vero inmanem beluam potimur venando . . ut utamur condoce factis ut elephantis	λεόντων ἢ ἄρκτων ἢ παρδαλέων

Cum igitur ut singula Chrysippea inveniuntur velut dictum de sue, de gymnasiis virtutis, ita tota ratio ea est quam a Chrysippo inchoatam esse supra vidimus; praeterea autem Porphyrii illa verba (19) συμπολεμεῖν μὲν ἵππους καὶ συνθηρεύειν κύνας ἀνδρείας δὲ γυμνάσια παρδάλεις καὶ ἄρκτους καὶ λέοντας consentiant, sine dubio in hoc tertio quidem capite Plutarchum e Chrysippo sua mutuatum esse elucet. Sed ne ea quidem quae in sequenti de artibus quae περὶ τὸν βίον vocantur μικραῖς φρονήσεσι vel φρονήσεως ἀποῤῥοιαῖς attulit, absona sunt a stoicis; etiam ex artibus providentiam hos consuevisse et illustrare et probare optime docent verba ficti illius Timoclis stoici apud Lucianum (Iupp. trag. 38 ἡ τάξις τῶν γιγνομένων ἔπεισε scil. providentiam esse) καὶ τὰ ζῷα (i. e. animalia et homines secundum

---

mittamus ab omni probabilitate prorsus alienam. Immo Plutarchus, cui haec res quam cordi fuerit inde sequitur, quod permultas commentationes variae et speciei et compositionis de uno eodem hoc argumento edidit, Carneadea illa in duo scripta distribuit. Summum autem est, quod simul et stoicos et peripateticos quippe utrosque animalium irrisores apud Plutarchum Porphyriumque impugnatos invenimus, neque carne animalium abstinendum esse affirmavit nisi Plutarchus eumque secutus Porphyrius; quae omnia cum ab Sexto Empirico et Philone Iudaeo prorsus aliena fuerint, neque ad summam quaestionis — quae erat brutane ratione uterentur necne — quidquam faciant, Plutarchum ea illis de suo addidisse apparet, e Plutarcho autem Porphyrium hausisse, quae ad ipsius propositum tam adaptata, quam ea invenit apud unum Plutarchum exstarent. Omnino ea quae Porphyrius exposuit, paucis exceptis quae certissime ipsius sunt (de quibus adeas Bernays. l. s. p. 147) Plutarcheam et dicendi et argumentandi rationem plerumque sapere omitto hic dicere.

Chrysippeam dicendi rationem cf. Gercke Chrys. index s. v. ζῷα) γεννώμενα καὶ αὐτὰ ταῦτα οὕτως εὐμηχάνως κατεσκευασμένα ὡς τρέφεσθαι καὶ ἐννοεῖν καὶ κινεῖσθαι καὶ βαδίζειν καὶ τεκταίνεσθαι καὶ σκυτοτομεῖν), neque aberrat Origenes qui easdem artes in vitas necessarias eodem in sententiarum conexu commemoravit (p. 214 ὥστε θαυμάσαι τις ἂν sq.). Quid igitur? Cum Zenonea sit virtutum definitio (Schlemm p. 85) quam in secundo capite Plutarchus exposuit, nec non divisio illa inter προηγμένα et ἀπροηγμένα (in capite sexto) a Zenone sit excogitata, videturne Plutarchus cum tertium et sextum scripturus esset Zenonem adiisse, cum quartum quintum Chrysippum evolvisse? Mira esset componendi ratio, miri et libri e quibus haec frustula Plutarchus exscribere atque ita uti composuit eis compositis, orationem habere potuerit, qua non fortunam omnia regere exponere sibi proposuit. Immo, illa ex Zenoneis suis studiis cognita habuit (sic recte Schlemm l. s.) haec e libro illo quo Carneadis doctrina exposita est cuiusque vestigia eum pressisse supra demonstravimus; tota autem commentatio nil est nisi oratiuncula in scholis habita, per quam ea exprimere et ad versum illum propositum τυχὴ τὰ θνητῶν πράγματ᾽ οὐκ εὐβουλία referre studuerit, quae non e certo libro compilatorum more excerpserit, sed ipse credebat quaeque certam eius opinionem efficiebant.

Sed iam ad Maximum revertor. Eodem ex fonte ad eum profluxerunt quae de Homero sectae principe exposuit. Platonicum quidem illum fuisse cum voluit, hoc ipsius in cerebro exortum mittamus; solebant quidem Platonici Homeri versibus iterum atque iterum ad illustrandas res de qua agerent, uti; Platonicam ei doctrinam nemo insimulavit. At contra prorsus stoica haec est ratio; stoici Homerum interpretabantur ut detectis ipsorum doctrinae apud illum undique vestigiis et seminibus, ad ipsam populi fidem religionem suam et theologiam adnecterent (cf. Hirzel untersuch. II 873); sequiores eum sui ipsius generis principem habebant, quippe qui ad virtutem adhortatus esset, vitia castigasset; ac cum omnino alius generis philosophiam nullam esse, et Socratem fuisse qui primus a sophistarum multifariis argutiis inutilibus ad vitam communem eam adduxisset, contenderent [6]), libentissime *ἀρετῆς κήρυκα* illum

6) Illud apud Maximum 32. 2 (τῆς δὲ ἐπιστήμης ταύτης (scil. philosophiae) τὸ κεφάλαιον . . . μετεχειρίζετο τὰς τῶν ἐντυγχανόντων ψυχὰς διδασκαλίοις ἀλύποις, τῶν μὲν τελετὰς καὶ ὀργιασμοὺς . . . ἐπιφημισάντων τοῖς αὐτῶν λόγοις, τῶν δὲ μύθους . . . χρόνῳ δὲ ὕστερον ὑπὸ σοφίας οἱ ἄνθρωποι νεανιεύμενοι, ἀποκαλύψαντες ταυτὶ τὰ τοῦ λόγου προκαλύμματα, ἀπέφηναν φιλοσοφίαν γυμνὴν καὶ ἐξωνειδισμένην . . . ὄνομα μόνον ἔργου καλοῦ πλανώμενον ἐν δυστήνοις σοφίσμασι — δυσμήχανα σοφίσματα recentiorum cogitationes etiam Themistius vocavit (34. 3) ὀνόματα ἐναντία eorum castigat Luc. Necyom. 4; ad eandem originem referendum est cum Plutarchus (de Eia. Delph. 5) septem sapientes sophistas e vulgari, non ex ipsius sententia nominavit). Hoc iam antiquum et pervulgare per totam

et ἀρχηγὸν φιλοσοφίας, qualem stoici descripserant, ab iis acceperunt. Quid mirum omnia ea interpretamenta quae stoicorum fuisse e multis stoicae doctrinae testimoniis constat, apud popularis philosophiae sectatores inveniri? Etiam illud — ne omittam — illinc sibi assumpserunt, Homerum cum simul et docere voluisset et delectare, in fabulas poetice fictas veritatem abscondisse, quo magis ii quibus verum perspicere cordi sit incitarentur, ut quaerendo ad eam pervenire studerent (Ps. Plut. de vit. et p. Hom. cap. 92 Plut. de aud. poet. 7. 1, 14 vers. fin., Max. 32. 2. 5, 10. 3 [cf. eadem sententia 23. 3, 37. 1] Iulian. V 170 a Philostr. ep. 35); cum autem omnibus probare sua Homerus voluisset, omnes Graeciae linguas contulisse et in unam poeseos formam commiscuisse (Dio Chrys. XII 66 Ps. Plut. d. v. e. p. H. 8—14) atque ne hoc quidem apud Maximum non legitur (32. 4). — Iam in eadem orat. hic explicat quas omnis generis virtutum personas Homerus finxerit; primum affectuum aut virtutum exempla esse Achillem iratum (μηνίοντα 32. 5 cf. Ps. Plut. 142) Agamemnonem ὑπὸ ὀργῆς εἰς ὕβριν φερόμενον (ib.; quam interpretandi rationem nescio an sapiant, quae Themistius (13. 172 d) et Dio (61. 13) exposuerunt) prudentiae (εὐβουλίας) Nestorem oratorem optimum (32. 5 et 6 cf. Ps. Plut. c. 165 Dio II 20/21; 56. 12, 57. 8 de Agamemnone decem huius generis virorum cupido Dio II 20/21 Themist. 13. 172 a) impudentiae Thersitem δημαγωγὸν (cf. Dio II 22 κακόλογον Ps. Plut. 214 Plut. de aud. poet. cap. 13 de invid. cap. 5 [537 c]) summae virtutis Ulixem vel ἀγχινοίας (32. 6 Ps. Plut. 141) aut bonum oratorem (32. 5 Ps. Plut. 166. 178 Dio II 20) aut omnino ἄνδρα ἀγαθὸν (quod satis notum est cf. Zeller III 1. 334 Hirzel II 875 adn. 2 — eundem molestias haud effugisse ut εὔκλειαν sibi pararet versibus illustratur αὐτόν μιν πληγῇσι ἀεικελίῃσι δαμάσσας Ps. Plut. 136; eosdem Maximus ad Diogenem cynicum transtulit 6. 9, 21. 8 —) Achillem Patroclumque aut amicitiae (32. 6, 6. 4, 3. 6, Ps. Plut. 186) aut amoris virilis (24. 8 Lucian. amor. 54) amoris libidinosi proceres (quibuscum Ulixis amor comparatur 25. 3 cf. Ps. Plut. 135) forti-

---

antiquitatem cf. Xenoph. mem. I 1 Cicer. ac. priora 4. 15 (quocum conferendus est Themist. 34. 5) Tuscul. III 4 V 4 (cf. Davisii adn.) Sext. Empir. (adv. math. VII 6) Galeni hist. phil. (Diels 597) Diog. Laert. II 21, quod idem ad Diogenem cynicum translatum esse docet Norden Fleck. ann. suppl. 18 p. 270.

tudinis (*θάρσους*) Diomedem (32. 6 Ps. Plut. 168 — quem eundem oratorem *παρρησίᾳ χρώμενον* voluerunt Ps. Plut. 168 Dio II 20). Tum *πολιτείας* varias eum species descripsisse duasque urbes illas contrarias finxisse (32. 9 Ps. Plut. 176) aut *ἄρχοντας προβουλευομένους* (32. 9 Ps. Plut. 171/2) *ἀριστέας προπολεμοῦντας* (32. 9 Ps. Plut. 176. 196) *γυναῖκα σώφρονα* (32. 9 Ps. Plut. 185) *ἄνδρα σώφρονα* (32. 9 Ps. Plut. 141). De deis autem haec eum docuisse: tripartiti mundi regnum inter Iovem Neptunum Plutonem divisum esse, quorum primus caelum, alter mare, tertius terram habitaret (Max. 32. 7 Ps. Plut. 97 Plut. ap. Stob. ecl. I 93; haec ad physicam stoicorum interpretationem qualem Philodemus servavit (de piet. ed. Sauppe ind. schol. 1864 *Δία μὲν εἶναι τὸν περὶ τὴν γῆν ἀέρα τὸν δὲ σκοτεινὸν Ἅιδην τὸν δὲ διὰ τῆς γῆς καὶ θαλάττης Ποσειδῶ*) redire apparet; nam etiam alia numina quae apud Maximum legimus prorsus stoicorum interpretamentis exornata sunt; Iovem *νοῦν ἀρχηγικώτατον* fuisse (Max. 10. 8 ubi eadem interpretamenta atque hic (32) sed multo magis philosopha exstant) comperimus ex Epicteto II 8. 2 Ps. Plut. c. 114, Minervam *φρόνησιν* (Max. 10. 8 Philodem. de piet. Ps. Plut. 102 Apul. de deo Socr. 2 Plut. amat 12 Themist. 13. 166 d Iulian. IV 149 c Phil. de prov. II 141 (cf. Wendland z. Phil. 61 adn. 2) Apollinem *ἥλιον* (10. 8 Ps. Plut. 102 Orig. (c. Cels. IV 196 e Chrysippo) Plut. de Eiap. Delph. 21 Dio Chrys. 31. 1 Iulian. IV 149 c Philod. de piet.), Apollinem qui pestem misit et boves interemit solis radium esse subito summa cum aestu exorientem (Max. 28. 7 cf. Heraclit. all. Hom. cap. 6 Macrob. Saturn. I 17 et quae Davisius attulit) Neptunum *πνεῦμα τὸ διὰ γῆς καὶ θαλάττης ἰὸν* (10. 8 Phil. de piet. Ps. Plut. 102) Venerem amorem (32. 8 Plut. amat. 12) Vulcanum *πῦρ τεχνικὸν* (32. 8 Phil. de piet.) Martem *πολέμου τέχνην* vel *πόλεμον* (32. 8 Philod. de piet. Ps. Plut. 102) — quae omnia iam Metrodoro Chio inchoata — id quod de Wilamowitz me monuit — etiam Xenocrati adscribebantur (Krische forsch. 323 Zeller II 1. 873); tum inter stoicos semper servata et tradita sunt (cf. Zeller III 1. 825 1 et 3 Krische 463). Accedit apud Maximum Iuppiter *εἱμαρμένη* intelligendus (10 8 cf. Ps. Plut. 120 Plut. de aud. poet. 6 cf. Schlemm de aud. p. p. 53 sq.). Elementorum denique pugnam a Homero descriptam breviter attingit Max. 32. 8 cf. Ps. Plut. 102. — Est

igitur simile veri haec quidem Maximum e popularis philosophiae horreis sumpsisse; potest etiam de Homeri interpretatione grammatica cogitari; praeter ea enim quae in ceteris orationibus eiusdem generis interpretamenta dispersa sunt [7]), etiam *ἀπορίαι* inveniuntur, inprimis notissima illa cur Ulixes apud Phaeacas voluptatem laudaverit [8]), ita ut mihi quidem non constet unde unum quodque sumpserit. Certe omnia haec Maximo familiaria fuerunt, quippe quae aetati fuerint.

Stoicae originis etiam ea sunt quae de divinatione Maximus admodum perturbata protulit (or. XIX); duo esse eius genera cum statueret, scil. *θεῖον νοῦν* et *γνώμην ἀνθρωπίνην*, de primo nil habuit, quod proferret ut explicaret, nisi similitudines quasdam ex Aristotelis personati libro de mundo sumptas (cf. Zeller sitzungsberichte der Berliner academie 1885 1 p. 401), quibus apte ille illustraverat qua ratione deus mundum regeret moveretque; neque Maximum aliud ex iis deducere potuisse intelleges, utcumque vana ipsius interpretamenta perlegeris *κάλει τοίνυν τεχνίτην μὲν τὸν θεόν, ὄργανα δὲ τοὺς λογισμοὺς τοὺς ἀνθρωπίνους, τέχνην δὲ τὴν ⟨γνώμην τὴν⟩ ἀνθρωπίνην σπῶσαν ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἀγωγὴν τῆς εἱμαρμένης* et *νόει μοι στρατηγὸν μὲν τὸν θεόν . . . σύνθημα δὲ τὴν εἱμαρμένην . . . σύμμαχον δὲ τὸν λογισμὸν . . μαντικὴν δὲ τὴν τέχνην αὐτὴν τὴν ἐκ τῆς παρασκευῆς*

---

7) Velut Homerum artes quoque docuisse, ex. gr. rem militarem; discernere enim πεζοὺς καὶ ἱππεῖς (Max. 24. 8 cf. Ps. Plut. 192) et iubere ignavos in medio ponere exercitu (Max. ib. Ps. Plut. 193) Nestorem δεινότατον στρατηγῶν descripsisse (Max. 24. 2 Dio 56. 8, 55. 19) novisse etiam medicinam: vino Pramnio ad medelam utendum esse dicere (24. 8 Ps. Plut. 106 (cf. Athenaeus I 10 a; e Platonis Ione (538 c) certe hic Maximus non pendet) et artem divinandi (quam Maximus omisit) Ps. Plut. 212 Dio 55. 19. — Alcinoum optimum legum latorem fuisse et regem Iovi familiarissimum (Max. 12. 7, 38. 2 Dio 53. 11) bonum hominem (vel regem) τὸ πατρικὸν τοῦ Διός imitari opus habere (6. 1, Dio 53. 11) Alexandrum Helenae amore die ὥσπερ μοιχὸν fructum esse (24. 8 cf. Plut. de aud. poet. 3) Ulixis comites λωτὸν edisse Homerus cum dixisset, voluptati deditos voluisse intelligi (Max. 20. 4 cf. Heracl. all. Hom. 70 Iulian. 6. 184 f). Cum eiusdem fere generis sint allegoriae illae Centaurorum scil. voluptatum (4. 8) vittae Leucotheae scil. philosophiae (17. 10), ad eandem originem eas reducere nescio an liceat quamquam non inveni quibuscum comparari possent.

8) cf. 28 1/2 Ps. Plut. 150 et Lucian. Paras. 10 e contraria stoicis sententia; allusit ad eam auctor Cratetis epist. 19 cf. Norden Fleck. ann. suppl. 19 p. 394 adn. 2; sed propter λύσιν, quam Maximus dedit, prorsus non philosopham, equidem coniecerim, ex ipso Homero sibi hanc quidem solutionem deduxisse vel e Platone, qui primus Homero id opprobrio habuit (republ. III 390), ad eam sponte deductum esse.

ἐπισταμένην τὸ μέλλον· alterum (scil. *γνώμην ἀνθρωπίνην*) hisce exemplis illustravit: *καὶ γὰρ κυβερνήτης ναῦν ἔχων καὶ εἰδὼς τὰ ὄργανα καὶ τὴν θάλασσαν ὁρῶν καὶ αἰσθανόμενος τῶν πνευμάτων οἶδε τὸ ἀποβησόμενον. καὶ στρατηγὸς στρατόπεδον ἔχων καὶ τὰ ὅπλα εἰδὼς . . . οἶδε τὸ ἀποβησόμενον· καὶ ἰατρὸς τὸν κάμνοντα ἰδὼν . . οἶδε τὸ ἀποβησόμενον* (19. 4); en stoicam alteram divinationis speciem artificiosam dico, opinabilem, coniectura nitentem (cf. Cic. de div. I 6. 11), quam ipsis his exemplis demonstratam invenimus apud Ciceronem (de div. I 14. 24) et ex eadem sententia apud Origenem (in Cels. IV 227). Neque vero dubium esse potest Maximum iam ad alteram scil. naturalem spectare (de qua inspiciatur Cic. de div. I 6. 12 Ps. Plut. de v. et p. Hom. 212 Zeller III 1. 343 adn. 1), cum diceret *αὐχμοὺς μὲν καὶ ἐπομβρίας καὶ σεισμοὺς γῆς καὶ πυρὸς ἐκβολὰς καὶ πνευμάτων ἐμβολὰς καὶ ἀέρων μεταβολὰς οὐ θεὸς οἶδε μόνος, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων ὅσοι δαιμόνιοι* § 5; nam non solum a deo incensos enumerat Phericydem Hippocratem Timesium sicut Cicero (18. 34) Bacin Epimenidem Sibyllam — inter quos nullum quod quidem ad proprietatem pertineat discrimen exstat — sed etiam oraculum a Pythio Croeso datum et illud Laii inter naturalis divinationis exempla collocavit aeque ac Cicero (19. 37 „quae Croeso Pythius Apollo ut de naturali divinatione dicam responderit quis ignoret“). Cum autem illud quoque explicare, quamquam frustra, studuerit, quomodo simul cum fato divinatio stare possit, etiam illius doctrinae stoicae capitis, quod de fato erat, notitiam quandam habuisse concedendum est; dixit enim eam hominis esse *ἐξουσίαν*, ut iis quae fato decreta essent sequeretur aeque ac vinctus quidam sponte lictores secutus; haec stoica *εἱμαρμένης* species (cf. Zeller III 1. 168 adn. 2) paulo ab ea diversa, quam Platonici constituerunt, cum dicerent *ὑπάρχειν μὲν τὸ ἑκούσιον, τούτῳ δέ πως συνάπτειν τὸ κατηναγκασμένον, ὅταν τις πράξας ὃ βούλεται εἰς ὃ μὴ βούλεται ἐμπέσῃ* (Ps. Plut. v. et p. Hom. 120 Albin. cap. 20); sed tamen non inter certos fines diu definitiones hasce sese continuisse inde sequitur quod Albinus ex. gr. hanc suam *εἱμαρμένην* Chrysippea quadam ratiocinatione instituit (cf. Gercke Chrysippea 117. 122); Maximus igitur, cum anxie stoicorum vestigia etiam in iis presserit, quae de mundo una hominum deorumque urbe (19. 6 cf. Rohdich de Max. Tyr. p. 33 adn. 3 Wend-

land ad Phil. 10 adn. 1 Zeller III 1. 301) et de Parcis Furiisque et daemonibus pro fato intelligendis iterum satis confuse exposuit [9]), non e Platonica scholarum doctrina hausisse sed e populari philosophia pendere statuendum est. Idem dicendum est de singulis doctrinae stoicae frustulis hic illic apud Maximum dispersis, velut animam corpori inmixtam esse (*συγκεκραμένην*) *καθάπερ θυμιαμάτων ὀδμαὶ καὶ τοῖς πόρρω οὖσι προςέβαλον* 34. 2 (cf. 13. 1) cf. Stob. ecl. I 367 *ἢ τὸ συγκεκραμένον τοῖς σώμασι* (scil. *ψυχή ἐστι*) *ὥσπερ οἱ Στωικοὶ λέγουσι*, Iulian. IV 142 d Diels 463 Chrysipp. ap. Stob. ecl. I 154 Simplic. in Epict. 82 et 85 cf. Zeller III 1. 95 — deum esse *αὐτὸ ὅ, τι περ νοῦς καὶ ἐπιστήμη καὶ λόγος* (33. 8 cf. Epict. II 8. 2 *τίς οὖν οὐσία θεοῦ; νοῦς, ἐπιστήμη, λόγος ὀρθὸς*, — sapientiam vel philosophiam esse *ἐπιστήμην ἐπιστημῶν καὶ τέχνην τεχνῶν* (33. 7 cf. Iulian. VI 183 a Themist. 23. 300 a) — ea quae sensu capiantur collecta animae peritiam adferre (12. 2 cf. Iulian. VI 189 d; videtur quidem hoc stoicum cf. Zeller III 1. 73) — e naturae imitatione artem exortam esse (12. 2, etiam hoc videtur stoicum cf. Norden Fleck. ann. suppl. 19 p. 421 adn. 1) — non opus esse precibus, consulere enim providentiam universo, non posse ad singula omnia animum advertere, sicut neque rex urbis omnes cives singulos curare possit (11. 4 cum eodem exemplo Phil. Iud. de prov. II 102 cf. Wendland ad Philon. p. 80 et 78 adn. 2) neque medicus propter unum membrum totum corpus pernitiei traditurus sit (11. 4 cf. Phil. de praem. et poem. 5 de prov. 56 cf. Wendland ad Phil. p. 18 adn. 3) — omnino non precandum esse, quoniam fatum sit inevitabile (11. 5 cf. Luc. Iupp. conf. 5 Senec. nat. quaest. II 35); esse autem *τὴν τοῦ φιλοσόφου εὐχὴν* non *αἴτησιν τῶν οὐ παρόντων ἀλλὰ διάλεκτον πρὸς τοὺς θεοὺς περὶ τῶν παρόντων καὶ ἐπίδειξιν τῆς ἀρετῆς* (11. 8 cf. Rohdich l. s. p. 28 adn. 2 Zeller

---

9) Nam μοίρας quidem εἱμαρμένης nomen poeticum esse stoici dixerunt (Chrysipp. ap. Stob. ecl. I 79); ad trium Parcarum veriloquium quod ibi legimus quodque idem exstat apud Platonem de republ. X 620 d Ps. Aristot. de mundo 7. 5 (= Stob. ecl. I 82) Cornut. (theol. gr. comp. c. 13) schol. Hes. theog. (Flach p. 232 ad vers. 211) Porphyr. (ap. Stob. ecl. II 168 et 164) — Davisius attulit schol. Eurip. Orest. v. 12) allusit Maximus 11. 5; furias autem non εἱμαρμένης nomen sed ipsius malitiae conscientiam esse voluerunt (cf. Cornut. cap. 12).

III 1. 311, III 2. 312 adn.) — in uno omnes consentire, unum deum esse omnium patrem et creatorem eiusque notitiam habere ex operibus Graecos barbaros sapientes insipientes (Max. 17. 5 (cf. 41. 2, 8. 4, 32. 1, 33. 3) Dio XII 22, IV 22 Epict. II 14. 11 Lucian. Supp. trag. 12 cf. P. Hagen (quaestiones Dioneae) ad Dionis locum quem adposui) — videtur huc quoque referenda esse illa ratiocinatio *ἐνταῦθα ζήτει τὸ ἀνθρώπου ἀγαθὸν, ὅπου τὸ ἔργον, ἐνταῦθα τὸ ἔργον, ὅπου τὸ ὄργανον, ἐνταῦθα τὸ ὄργανον, ὅπου τὸ σῶζον* 4. 7, 2. 5 (cf. Epict. I 4. 11 *ἐκεῖ ζήτησον αὐτὴν* scil. *ἀρετὴν, ὅπου σου τὸ ἔργον· ποῦ δὲ σοῦ τὸ ἔργον· ἐν ὀρέξει . .* i. e. *ἐν φρονήσει*, cf. etiam Marc. Ant. V 16 *καὶ πάλιν ὅτι οὗπερ ἕνεκεν ἕκαστον κατεσκεύασται . . . πρὸς ὃ δὲ κατεσκεύασται, πρὸς τοῦτο φέρεται· πρὸς ὃ φέρεται δὲ, ἐν τούτῳ τὸ τέλος αὐτοῦ· ὅπου δὲ τὸ τέλος, ἐκεῖ καὶ τὸ συμφέρον καὶ τἀγαθὸν ἑκάστου*) — quae omnia mente infixa tenebat quippe populari philosophia admodum versatus.

VI. Cum stoica, quae apud Maximum deteximus popularia, omnia originem satis perspicuam prae se ferant, illa quae e cynicis profecta ad eum pervenerunt, plus minus obscurata sunt, partim ipso Maximo auctore, partim etiam iis qui talia memoriae tradiderunt. Attamen etiam haec e duplicis generis fontibus ad eum affluxisse intelligitur. Alterum efficiunt declamationes de vita misera, de hominum malitia, al., hic illic per orationes dispersae atque ita quidem, ut in praedicantis sermonem Maximum transire ubique facile sentias; quales apud omnes illius generis philosophos, Dionem inprimis, inveniri possunt; sententias autem, quibus huius modi frustula instruxit, ex parte antiquioris cynismi colorem plus minus referre, perpaucis illis quae illinc servata sunt, fragmentis collatis possumus concludere. Ex. gr. hominis nullam aetatem molestiarum vacuam esse, quod in orat. 41. 3 exposuit (*τίς γὰρ ἡλικίας καιρὸς ἀνυπεύθυνος ἀνθρωπίνῳ σώματι; οὐ γενόμενον μὲν εὐθὺς καὶ ἀποσπασθὲν ἐκ μητέρων ὑγρὸν καὶ ἰλυῶδες καὶ διαρρέον . . . προϊὸν δὲ καὶ εἰς ὥραν ἀναφυόμενον, ἔμπληκτον καὶ ἀκρατές· κἂν εἰς ἥβην προέλθῃ, ὑπὸ φλεγμονῆς ἀκατάσχετον· κἂν εἰς γῆρας ἔλθῃ, κατὰ βραχὺ νεκρούμενον καὶ ἀποσβεννύμενον* sq.) conferri potest cum verbis illius auctoris qui Hippocratis epistulam septimam decimam conscripsit („cynismi primo saec. p. Chr. re-

nati luculentissimum monumentum" Heinze de Horat. Bionis imitatore p. 15 adn. 1 cf. Rh. Mus. 45 p. 564 adn. 1) οὐχ ὁρῇς ὅτι καὶ ὁ κόσμος μισανθρωπίης πεπλήρωται καὶ ἄπειρα κατ' αὐτῶν πάθεα ξυνήθροικε· ὅλος ὁ ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοῦσός ἐστι. τρεφόμενος ἄχρηστος ἱκέτης βοηθείης· αὐξόμενος ἀτάσθαλος ἄφρων διὰ χειρὸς παιδαγωγίῃ· ἀκμάζων θρασύς, παρακμάζων οἰκτρὸς τοὺς ἰδίους πόνους ἀλογιστίῃ γεωργήσας (§ 47 Herch. p. 304) ubi molestiis e corporis infirmitate exortis — quas Maximus solas enumeravit — etiam eas, quae e communione cum hominibus puero aeque ac seni impositae essent additas invenimus; ad posteriores hasce Teletis verba ἀλλ' εἴ τις θέλει ἐκλογίσασθαι ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ πάσας τὰς ἡλικίας, αἱρήσει πολλῷ πλείους τὰς ἀλγηδόνας . . . ὁ πρῶτος (χρόνος) ὁ κατὰ τὴν παιδοτροφίαν ἐπίπονος· πεινᾷ τὸ παιδίον· ἡ δὲ τροφὸς κατακοιμίζει sq. (Hense p. 38) spectant; cynicos igitur utrasque irrisisse apparet; etiam Diogenis epist. 28 μικρὰ μὲν γὰρ εὐφραίνεσθε, πολλὰ δὲ λυπεῖσθε sq. (Herch. 242) huc referendam esse Heinzius vidit (Rh. m. l. s.). Maior cautio est in iis, quae de inconstantia et stultitia hominum sane copiosa Maximus protulit (36. 2). Sententias quidem plerasque easdem apud auctores invenimus qui cum cynicorum personas egerint, e cynicis declamationibus Maximo haec nota fuisse comprobant (velut homines neque a mari sese abstinere neque a terrae vexatione desistere neque aerem missum facere sui ipsius voluptatem secutos (cf. Gryllus 8 Phil. de anim. 47 Dio 30. 33 Muson. ap. Stob. flor. 18. 38 Iulian. II 101 c et quos collegit Norden Fleck. ann. suppl. 18 p. 307); invicem sese suspectos habere, ipsos aliis insidiari (cf. Hipp. ep. 17. 29, 302 H. Diog. ep. 28. 242); uxorem ducere brevi repudiare, liberos cupiditate incensos procreare, natos foras emittere (cf. Hipp. ep. 17. 27 H. 301. Diog. ep. 47 H. 257); bellum aversari, pacem tamen agere non posse (cf. Hipp. ep. § 28 Diog. ep. 28. H. 242); tyrannum aspernari, ipsos regere velle (cf. Hipp. ep. § 27 [H. 301] et 28); sed cum e Dione huius orationis quintam paragraphum fere integram, hanc ex parte mutuatus sit (cf. cap. VII), non omnia illinc ad eum pervenisse, potius Dione auctore ad brevia illa membra inter se opponenda adductum esse concedendum est. — Accedunt his singulae sententiae (velut divites pauperrimos esse, quippe qui numquam con-

cupiscere desinant 4. 4 cf. Iul. II 85 b Senec. ep. 4. 8 Eusebius ap. Stob. fl. 10. 36 alios invenies apud Norden l. a. 18 p. 342), inprimis autem imagines vel similitudines a cynicis excogitatae per omnem fere antiquitatem servatae et adhibitae. Quarum tritissima fuit illa de via ad virtutem ducente eiusque *παρατριβαῖς*, qua Maximus ad taedium usus est. Genuina huius imaginis species scimus quae fuerit: cynicis erat ipsorum philosophia *σύντομος ὁδὸς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν* (sic optimi auctores velut Iulian. VII 225 b Luc. vit. auct. 11 Diog. Laert. VII 121 Plut. amat. cap. 16 alii (cf. Norden Fleck. ann. suppl. 18 p. 714), quibus accedunt Diogenis ep. 37. H. 252; 44. 256 Cratet. ep. 6. 209 Herm. Trism. ap. Stob. ecl. I 274). Uni huic viae alteram posteriores cynici addiderunt, esse viam ad virtutem ducentem alteram facilem tortuosam planam alteram arduam abruptam compendiariam dicentes (Diog. ep. 30. 244 H. ex eadem sententia alterius difficultate plerosque deterritos desistere dixit auctor Diogenis epist. 12 H. 238 cf. Cratet. ep. 21. 202). Sed cum apud eos solum quos enumeravi duplex haec ad eundem finem via inveniatur, ceteri autem popularis philosophiae scriptores omnes ubi de duobus viis locuti sunt Xenophonteam illam narrationem dubio certius ante oculos habuerint (cf. Themist. 21. 246 a Euseb. ap. Stob. II 178 Phil. leg. Alleg. II 24), etiam illos Xenophontis auctoritate adductos alteram puto hanc viam priori addidisse. Num autem ad multos nova haec forma provecta sit, quamquam verisimile hoc est tamen non inveniuntur quae extra dubium ponant; prorsus enim quod ad sententiam absunt quae Plutarchus dixit (de sol. anim. 7 *ἔχει γὰρ ἑτέραν ὁδὸν ἐκεῖ τὸ δίκαιον οὐ σφαλερὸν καὶ παράκρημνον οὕτω καὶ διὰ τῶν ἐναργῶν ἀνατρεπομένων φέρουσαν* quamquam de duabus eiusdem termini viis sicut illi locutus est); quae Archytas autem dixit ap. Stob. flor. 1. 70 (Hense 105 *δύο δ' ὁδοὶ τέμνονται ἐν βίῳ ἃ μὲν σκυδρωποτέρα τὰν ὁ τλάμων ἐβάδιζεν Ὀδυσσεὺς, ἃ δὲ εὐδιεινοτέρα τὰν ἐπορεύετο Νέστωρ*) videntur quidem huc facere, sed tamen cynico colore quantum video prorsus carent. Omitto Themistium (*περὶ ἀρετῆς* Rh. m. 27. 440) quippe cuius verba rhetorem magis quam philosophum prodant nec non a veritate abesse videatur ex ipso Maximo eum hic pendere; est enim Epicureae doctrinae descriptio quacum aeque ac Maximus orationem incepit prorsus similis Maximi.

— Sed tertia accedit imaginis species non tam antiqua, sed propter id ipsum plerisque familiaris; esse viam ad veritatem unam sed multas eius *παρατριβὰς*, in quas cum maximam partem ineruditi homines incidissent, in rupes saltusque ducerentur; iterum e cynicis profecta (cf. Hipp. ep. 17 § 41. H. 302 Cynicus § 18 Epict. fragm. 137; alludit ad eam Lucian. amor. 20), quam Maximus adamavit (35. 3; 39. 3; 5. 2; 14. 7; 25. 1; 17. 6). Eandem cynicorum stoicorum recentiorum cogitationem etiam ea ostendere, quae Maximus de viae ad virtutem vel philosophiam ducentis deverticulis i. e. liberalibus artibus — quamquam ipsa hac interpretatione non usus est — protulit (40. 4), omitto exponere quippe quae optime Norden (Fleck. ann. suppl. 18. 313 sq.) demonstraverit; id unum dicam speciosae eius coniecturae etiam Clementem Alex. argumentum adferre qui totam hanc sententiam multis verbis enarravit (strom. I 29 P. 332). — Aliam similitudinem adhibere solebant cynici de tragoediae (vitae scil.) casibus variis, quos aequa mente perferre philosophum dicebant (cf. Dümmler acad. p. 3 sq.); etiam hanc in popularem philosophiam receperunt, ut permulti huius generis auctores ea usi ostendunt Dio 13 (Ael. v. hist. II 11) Luc. pisc. 31 Menipp. 16 Necyom. 16 Epict. fragm. 174 (= Stob. flor. 97. 28) Marc. Ant. 12. 36 alii, inter quos iam Menagius (ad Diog. Laert. VII 165) Maximum posuit; et recte quidem; plane eiusdem generis est, quam in septima enarravit, licet ex sua sententia ita adhibuerit, ut non agendi constantiam in infortuniis philosopho servandam esse, sed loquendi facultatem et copiam diceret *τί δήποτε οἱ ἐν Διονύσου τὰ δράματα ὑποκρινόμενοι νῦν μὲν τὰς τοῦ Ἀγαμέμνονος ἱέντες φωνὰς, νῦν δὲ τὰς τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ αὖθις Τήλεφόν τινα ὑποδυόμενοι . . . οὐδὲν πλημμελὲς οὐδὲ ἔξω τρόπου νομίζονται ποιεῖν . . . εἰ δέ τις τὰ μὲν τοῦ Διονύσου φυλάττει τῇ παιδιᾷ καὶ τῷ θεάτρῳ, ἡγεῖται δέ τι εἶναι αὐτῷ δρᾶμα πολιτικὸν, οὐκ ἰαμβείων τινῶν . . . ἀλλὰ τῆς περὶ τὸν βίον πραγματείας, ὅπερ ἂν εἴη τῷ φιλοσόφῳ δρᾶμα . . . καὶ τάξας ἑαυτὸν πρωταγωνιστὴν τοῦ χοροῦ, φυλάττοι μὲν τὸ τῶν ποιημάτων ἀξίωμα, σχηματίζοιτο δὲ τῷ ἤθει τοῦ λόγου πρὸς τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων ὧν δραματουργεῖ ὁ θεὸς* 7. 1 cf. § 10. — Videtur huius generis etiam illa imago esse, quam legimus in frustulo, ubi iterum in praedicantis stilum incidit 35. 5 *καὶ κοινὸς μὲν πᾶσιν ὁ τοῦ ἀγαθοῦ πόθος, τυγχάνει δὲ τοῦ ζητουμένου*

οὐδὲν μᾶλλον ἄλλος ἄλλου· ἀλλὰ ὥσπερ οἱ ἐν σκότῳ χρυσὸν καὶ ἄργυρον μαστεύοντες, ἄποροι ὄντες τοῦ τὸ θηρώμενον ἐλέγξοντος φέγγους (sic emendavi e codicis *φθόγγῳ*), *βρίθει καὶ ἐπαφῇ ἄπιστον εἰκασίαν λαβόντες, περιπίπτοντες ἀλλήλοις καὶ διαδάκνοντες οὔτε ἀφιέναι τολμῶσι, μὴ ἄρα ἔχωσιν, οὔτε παύσασθαι πονούμενοι μὴ ἄρα οὐκ ἔχωσι· ἔνθα δὴ θόρυβος καὶ στάσεις καὶ παρακελεύσεις καὶ φωναὶ ζητούντων στενόντων διωκόντων ὀδυρομένων ἁρπαζόντων ἀφαιρουμένων· καὶ βοῶσι μὲν πάντες . . . ὡς δῆτα ἐντετυχηκότες τῷ ἀγαθῷ, ἔχει δὲ οὐδεὶς, ὑπὸ δὲ ἀπιστίας τὰ τοῦ πλησίον ἕκαστος ⟨εὑ⟩ρήματα* (sic emendavit de Wilamowitz) *διερευνᾶται·* cynicam quidem declamandi rationem redolent; quodsi nullam inveni quacum comparari possit, non inde hoc explicandum est quod omnino cynica non fuit, sed inde potius, quod imaginum cynicarum perpaucae tantum nobis servatae sunt. — Ex eodem fonte denique ad eum pervenerunt sententiae quibus, iterum atque iterum lamentationes suas et declamationes exornavit (6. 3 *νῦν δὲ καπηλείας πάντα μεστὰ καὶ ἐμπορίας* per ironiam, 29. 6 *νῦν δὲ πάντα μεστὰ πολέμου καὶ ἀδικίας*, 11. 7 *τί τοίνυν ἐστὶν ὑπὲρ ὅτου κἂν εὔξαιτο ἄν τις τοῖς θεοῖς*, 35. 3 *τὰ δημοτικὰ οὐχ ὁρᾷς, ὡς πᾶς ἀνὴρ πανταχόθεν ἐπὶ ταὐτὸ θεῖ, ὁ μὲν γῆς ἁπτόμενος, ὁ δὲ περὶ θάλατταν πραγματευόμενος* sq., 39. 3 *νόμιζε δὴ καὶ τοῦ βίου ὁδόν τινα εἶναι μακρὰν*, 41. 3 *ἢ οὐχ ὁρᾶτε ὅσα τὰ δεινὰ εἰς τὰς ἀνθρωπίνας κῆρας ἐμπεπτωκότα περὶ γῆν στρέφεται*). In omnibus hisce frustulis sententias invenies quales praedicatores primum cynici, tum illius temporis omnes proferebant, quales e nostris praedicatoribus iterum iterumque audias, quales semper proferent, dum populum magis magisque corruptum praedicando ad religionem — frustra quidem — reducere studebunt; sententias apud omnes easdem, non tamen ab alio alii per scripta quaedam mandatas, sed cum praeclari ingenii vir semel excogitaverit, ab omnibus acceptas, ab omnibus cognitas, posterioribus quibusque iam pueris traditas.

Restant cynica alius originis a Maximo usurpata; ea dico, quae e satiris oriunda ad posteriorum notitiam pervenerint. Notum est et iam dudum observatum exemplum illud, quod habemus in diss. vicesimae primae prooemio *χαλεπὸν εὑρεῖν ἀκριβῆ βίον, ὥσπερ καὶ ἄνδρα. ἀλλὰ παντὶ ἀνακέκραται ἔνδειά τις πρὸς τὸ ἄκρως καλὸν καὶ*

πλεονεκτεῖ ἕτερος ἑτέρου, ὅτῳ ἂν ἐλάττω τὰ ἐνδέοντα ᾖ· καὶ ἴδοις ἂν τὸν μὲν γεωργικὸν μακαρίζοντα τοὺς ἀστικούς, ὡς συνόντας βίῳ χαρίεντι καὶ ἀνθηρῷ· τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν δικαστηρίων . . . ὀδυρομένους τὰ αὑτῶν καὶ εὐχομένους ἐπὶ σκαπάνῃ βιῶναι καὶ γηδίῳ σμικρῷ. ἀκούσῃ δὲ τοῦ μὲν στρατιωτικοῦ τὸν εἰρηνικὸν εὐδαιμονίζοντος, τοῦ δὲ ἐν εἰρήνῃ τὸν στρατιωτικὸν τεθηπότος· καὶ εἴ τις θεῶν, ὥσπερ ἐν δράματι ὑποκριτὰς ἀποδύσας ἕκαστον τοῦ παρόντος βίου μεταμφιέσει τὰ τοῦ πλησίον, αὖθις αὖ οἱ αὐτοὶ ἐκεῖνοι ποθήσουσι μὲν τὰ πρότερα, ὀδυροῦνται δὲ τὰ παρόντα. Quocum ita Horatius consentit (sat. I 1 o fortunati mercatores, gravis annis miles ait, . . . contra mercator navem iactantibus austris, militiast potior . . . agricolam laudat iuris legumque peritus sub galli cantum, consultor ubi ostia pulsat . . . ille datis vadibus qui rure extractus in urbem est, solos felices viventes clamat in urbe), ut antiquiores ab illo Horatium exscriptum esse putaverint. Quod cum recte iam et Heinzius (de Horat. Bionis imit. p. 15) et alii negandum esse dixerint (Crusius Rh. mus. n. s. 43 p. 465 Kiessling ed. Hor.), non opus esset tangere nisi nuperrime Gerckius exstitisset, qui ex uno Horatio Maximum sua sumpsisse affirmavit (Rh. m. n. s. 48 p. 42 sq.). Perlustremus igitur eius argumenta: iuris consultum illum personificatum de suo Horatium tribus illis usu stabilitis mercatoris militis rustici exemplis addidisse dixit, quippe qui in altera satirae parte non de *μεμψιμοιρίᾳ* sed de *πλεονεξίᾳ* locutus pro iuris consulto non iam apto cauponem posuerit (p. 43). Paulo post autem (p. 48) voluit Horatium in fonte quem in priore satirae parte conscribenda secutus esset, tres illos mercatorem militem agricolam inventos etiam in altera parte retinuisse, quamquam haud idoneos, neque quos sine ulla mutatione adhibere potuerit; videmus eum enim pro mercatore nautam posuisse. Quid igitur? Horatium ab altera parte adeo e fonte pendere credamus, ut exempla eius in sententiarum conexum intruderet, ubi nullus iis locus esset, ab altera adeo libere eodem illo fonte usum esse, ut exempla illic sine ulla fictione poetica prolata ad Menippeae satirae similitudinem plane de suo exornaverit? Minime id quidem probabile; sed neque Gerckii illa quippe non argumenta neque haec mea quippe non re vera refutationem dilatemus; audiamus ipsos auctores: Horatianus ille miles cur o fortunati merca-

tores exclamavit? cur ille iuris peritus agricolam laudat, cur alius alium? quia molestias suae ipsius vitae alter aegre ferens ab alterius vita et studiis alienas putat; miles fractus membra labore describitur, mercator navem iactantibus austris, consultus consultor ubi ostia pulsat sub galli cantum, agricola datis vadibus in urbem extractus. Et cur apud Maximum? quia *παντὶ ἔνδειά τις πρὸς τὸ ἄκρως καλὸν καὶ πλεονεκτεῖ ἕτερος ἑτέρου ὅτῳ ἂν ἐλάττω τὰ ἐνδέοντα ᾖ*. En *μεμψιμοιρίαν* minus quam *πλεονεξίαν* illustratam; neque minoris hoc quam illud acuminis; illud Horatii magis humanum, magis poetice excogitatum; solent enim poetae gesta fingere si cogitata illustrare volunt; hoc magis eo colore tinctum quem solent poetice dictis inducere qui suam opinionem illis firmare studeant. En vides Horatium poetae cuiusdam fictione quippe ipsum poetam poetice usum, Maximum, quippe non ex ipso carmine sententiae illius notitiam, sed e cynica iam iam populari traditione assecutum, summam sententiae respicientem, neque ipsam fictionem adeo curantem; quae eadem ratio fuit auctoris epist. Hipp. sept. dec., apud quem eandem summam sententiae invenimus prorsus neglecta fictione poetica qua exornata erat (*ἡγεμόνες καὶ βασιλέες μακαρίζουσι τὸν ἰδιώτην, ὁ δὲ ἰδιώτης ὀρέγεται βασιλείης, ὁ πολιτευόμενος τὸν χειροτεχνεῦντα ὡς ἀκίνδυνον, ὁ δὲ χειροτέχνης ἐκεῖνον ὡς ἐντονεῦντα κατὰ πάντων*). — Similis satirae vestigia apparent in diss. quintae prooemio; audias ipsum: *δεινόν γε, εἰ οἱ μὲν θεοὶ διέκριναν τοῖς ἀνθρώποις τἀγαθὰ ἐκ τῆς τῶν κακῶν ὁμιλίας, ἀνεπίμικτον ἑκάτερον ἑκατέρῳ εἶναι θέμενοι . . οἱ δὲ ἄνθρωποι αὐτοὶ ἑκόντες, εὐδαίμονα διώκοντες βίον, καταμιγνύουσιν αὐτῷ δυστυχίας· κἄν τις θεῶν αὐτοῖς συγχωρήσῃ ζῆν δι' ἡμέρας ἐν φωτὶ λαμπρῷ, ἄϋπνοι καὶ ἀδεεῖς* (cod. *ἀΰπνῳ καὶ ἀδεεῖ*) *τῆς ἐν νυκτὶ ἀναπαύλης ἄχθοιντο τῷ ἡλίῳ μηδέποτε ἐξισταμένῳ μηδὲ εἰς τὸ παλίσκιον παραχωροῦντι*, sententia qualis satiram decet et forma (si quis deus) qua amabant satiras concludere (cf. Heinze l. s. p. 17); non ipsum autem sententiam hanc excogitasse atque formula, quam ex altera illa satira fortasse cognitam habebat exornasse, inde sequitur quod ad ipsam rem non facit; prooemii enim haec est sententia: propter malitiam homines cum bonis malum coniungunt neque purum bonum, si deus dedisset, perferre omnino possent sicut Phaedri ranae modo regem

petentes e Iove, modo missum respuentes; sibi proposuit autem ostendere, felicitati non credere nisi infortuniis firmatae utile esse; nil de malitia hominum, nil de malis, quae proprie ethica volebant philosophi; de *περιστάσεσι* agit et quem usum ex iis capere possint; sed altera ex parte dicendum est, ad eam Maximum non perductum esse, nisi philosophi eius aetatis in suum usum talia accepissent; ex ipso auctore Maximum eam hausisse nil est unde effici possit.

VII. Quamquam e trivio plerumque petita sunt, quae apud Maximum legimus nec certi auctoris vestigia neque in Platonicis ab eo expositis neque in illis quae popularis philosophiae intra fines sita sunt, detegere potuimus, tamen cum curiositate quadam suae aetatis scriptores praeclarissimos saltem legisse eum statuendum est. Libellum cuius Aristotelem ferebant auctorem de mundo conscriptum Maximo notum fuisse iam Zellerus observavit (phil. gr. hist. III 2 p. 205 Berliner sitzungsberichte 1885 p. 400), atque singulis collatis firmare studuit; et recte quidem, quamquam in eo — siquidem id voluit — non possum viro doctissimo adstipulari, quod ante oculos Maximo putavit hunc librum fuisse cum septimam decimam de deo Platonico orationem conscriberet; nam primum negandum est Maximo ad orationes suas cotidiana praeparatione aut scriptura e qua recitaret antea confecta omnino opus fuisse, quippe quem e tempore omnia loqui solitum esse viderimus. Tum autem non solum in septima decima oratione quaedam illinc sumpta exstant, sed ubique fere dispersa inveniuntur [1]) atque inveniuntur in his quaedam ad aliam rem illustrandam

---

1) Velut deum mundum servare δυνάμει ἀτρύτῳ usum (Max. 21. 6 cf. 41. 2 Ps. Arist. 6 σωτὴρ μὲν γὰρ ὄντως ἁπάντων . . . οὐ μὴν ἐπιπόνου ζῴου κάματον ὑπομένων ἀλλὰ δυνάμει χρώμενος ἀτρύτῳ) aut Iovis cognomina ὑέτιος ἐπικάρπιος γενέθλιος πατρῷος φυτάλμιος 41. 2 e copiosa illa nominum enumeratione ἀστραπαῖος βρονταῖος αἰθέριος αἴθριος κεραύνιος ὑέτιος ἐπικάρπιος πολιεὺς γενέθλιος ἑρκεῖος ὁμόγνιος πάτριος ἑταιρεῖος φίλιος ξένιος στράτιος τροπαιοῦχος καθάρσιος παλαμνεῖος ἱκέσιος μειλίχιος σωτὴρ ἐλευθέριος οὐράνιος χθόνιος quae sive e poesi sive e populari fide oriunda primus e sua sententia interpretatus Chrysippus composuit (cf. fragmentum eius apud Gerckium Chrys. 14) unde in stoicorum dogmata recepta partim recta via ad Cornutum (epidr. cap. 9) Ciceronem (de fin. III 20. 66 salutarem hospitalem statorem) Senecam (de benef. IV 7) Epictetum (I 22. 16) Aristotelem personatum (cap. 7), partim ipso hoc Ps. Aristotele auctore in popularem philosophiam defluxit (ex. gr. ad Dionem I 39 XII 75 Maximum 41. 2 Lucianum

atque in illo libro a Maximo adhibita velut imperatori cum infimis militibus rem non esse, sed interpositos esse multos singulos singulis inferioribus, ita ut paulatim ad eos descenderent quae ille iussisset; qua similitudine Ps. Aristoteles usus est ut unius iussu et voluntate omnia, etiam maxime ab eo remota regi ostenderet (*ἔοικε δὲ κομιδῇ* sq. cap. 6), Maximus autem nescio qua cogitatione ductus ut virtutem et *θεωρητικὴν* et *πρακτικὴν* i. e. corporis et animae una esse oportere doceret 33. 7; aut imago illa *ὥσπερ δρῶσιν οἱ μεγαλότεχναι διὰ μιᾶς ὀργάνου σχαστηρίας πολλὰς καὶ ποικίλας ἐνεργείας ἀποτελοῦντες*, qua Maximus divinationem illustrare posse sibi visus est 19. 3. Memoriae igitur Maximi illa adeo infixa erant, ut praesto essent, ubicumque de simili argumento loquenti ei recordatio resurrexit; sed hinc non sequitur mente illa re vera Maximum percepisse sicut percipimus quibus familiariter utimur; imo non philosophi haec est ratio ea aut explicantis aut provehentis de quibus diu cogitaverit, sed rhetoris liberis iis usi quae lecta aliquando in rhetoricam suam locorum (*τόπων*) copiam receperit.

Alium auctorem stoicum, iterum incertum secutus est in iis quae de referenda iniuria protulit (orat. 18); habemus ad quem omnia haec referre possimus Senecae dialogum secundum, neque iniuriam neque contumeliam sapientem accipere inscriptum; statim syllogismi quo Maximus utitur *ἀδικία ἐστὶν ἀφαίρεσις ἀγαθοῦ· τὸ δὲ ἀγαθὸν τί ἂν εἴη ἄλλο ἢ ἀρετή; ἡ δὲ ἀρετὴ ἀναφαίρετον. οὐκ ἀδικηθήσεται τοίνυν ὁ τὴν ἀρετὴν ἔχων* (18. 2) similem videmus ratiocinationem apud illum II 5. 4 (omnis iniuria diminutio eius est, in quem incurrit nec potest quisquam iniuriam accipere sine aliquo detrimento vel dignitatis vel corporis vel rerum extra nos positarum; sapiens autem nil perdere potest . . . unius enim in possessione virtutis est ex qua depelli numquam potest . . . quodsi iniuria nil laedere potest ex his quae propria sapientis sunt, quia virtute sua salva sunt, iniuria sapienti non potest fieri), e qua ad eandem summam rem ille produxit atque suam ex illo syllogismo Maximus (iniuria in bonos nisi a malis non temptatur, bonis inter se pax est, mali tam bonis perniciosi quam

---

(Tim. § 1 per iocum) Aristidem rhetorem (orat. I p. 11 Dind.) Themistium (V 64 c IX 126 c) Iulianum (fragm. ep. 291 b sq.).

inter se II 7. 2 *οὐκ ἀδικεῖται ὁ χρηστὸς οὔτε ⟨ὑπὸ τοῦ χρηστοῦ· ἀνεπιβούλευτος γὰρ αὐτοῦ ἡ ἀρετή, οὔτε⟩ ὑπὸ τοῦ μοχθηροῦ· ἀναφαίρετος γὰρ* [2]). Ex eadem porro cogitandi ratione exorta sunt apud Maximum verba *μήποτε οὖν οὐ κατὰ τὴν ἀφαίρεσιν τοῦ πάσχοντος ἡ ἀδικία τέτακται, ἀλλὰ κατὰ τὴν γνώμην τοῦ δράσαντος· καὶ ὁ μοχθηρὸς ὑπὸ τοῦ μοχθηροῦ ἀδικεῖται, κἂν μὴ ἔχῃ τὸ ἀγαθόν· καὶ ὁ χρηστὸς ὑπὸ τοῦ μοχθηροῦ, κἂν ἔχῃ μὴ ἀφαίρετον τὸ ἀγαθόν* (18. 3) atque Senecae: non minus latro est cuius telum opposita veste elusum est. omnia scelera etiam ante effectum operis, quantum culpae satis est, perfecta sunt (II 75), quamquam ıorma paululum mutata; uterque praeterea voluit inferiores esse malos sapienti, ita ut re vera hic laedi non possit (*ὁ μοχθηρὸς . . βουλόμενος . . πρὸς τὸν ὅμοιον ἀποτείνεται ἢ πρὸς τὸν κρείττονα· τί δὲ τῷ κρείττονι δραστέον* sq. 18. 5 cf. Seneca II 11. 2: simul illud cogitat omnes inferiores esse quam ut illis audacia sit tanta excelsiora despicere [et 12. 3]), uterque denique contra adversarios quosdam sese vertit qui stoicis quaedam obiecerint (cf. Max. 18. 10 *ἀλλὰ διὰ τοῦτο, φαίη ἄν τις, ὁ δίκαιος ἀνὴρ προπηλακίζεται καὶ συκοφαντεῖται καὶ διώκεται καὶ χρήματα ἀφαιρεῖται* sq. Seneca 15. 1 desinite itaque dicere non accipiet ergo sapiens iniuriam si caedetur si oculus ei eruetur sq.). Cum igitur omnia haec argumenta satis apta prorsus contra Maximi consuetudinem explicata sint, neque praeter ea in oratione inveniantur nisi quae aliunde cognita e memoria inmiscuit (velut Platonicum illud *καθόλου δὲ εἰ τὸ ἀδικεῖν πονηρὸν καὶ τὸ ἀνταδικεῖν ὅμοιον* 18. 5), e scripto quodam libro haec, non e scholarum traditione aut institutione ad eum pervenisse apparet; quem tamen non ante oculos habuisse cum haec diceret, sed nescio quo tempore lectum memoriae mandasse atque singula tenuisse, eorum memor, quae de compositione Maximi supra exposui, sponte intelliges.

Sed et certum possumus nobisque servatum auctorem, Dionem Chrysostomum dico, a Maximo lectum esse evincere. In oratione tri-

---

2) Hoc vel simile supplendum esse collatis eiusdem verbis πολεμοῦσι οἱ δίκαιοι τοῖς δικαίοις οὐδαμῶς· ἴσοι γὰρ ταῖς γνώμαις . . . πολεμοῦσι οὖν οἱ ἄδικοι ἢ τοῖς δικαίοις ἢ τοῖς ὁμοίοις· ἄνισοι γὰρ καὶ πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς ὁμοίους 30. 2 intelligitur.

cesima sexta enim de Diogene cynico haec protulit, quibus Dionea ex sexta eius oratione statim adscribam:

αὐτὸς δὲ scil. Diogenes βασιλέως ἀφόβου καὶ ἐλευθέρου [videtur scribendum esse βασιλέως ἄφοβον καὶ ἐλευθέραν δίαιταν δ. sq.] δίαιταν διαιτώμενος οὐκ ἐπιτρίβων ἐν χειμῶνι Βαβυλωνίους οὐδὲ Μήδοις ἐνοχλῶν ὥρᾳ θέρους, ἀλλ' ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἐπὶ τὸν Ἰσθμὸν καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν αὖθις ὁμοῦ ταῖς ὥραις μετανιστάμενος	Dio VI 1 ἔφη δὲ μιμεῖσθαι τοῦ Περσῶν βασιλέως τὴν δίαιταν. καὶ γὰρ ἐκεῖνος τοῦ μὲν χειμῶνος ἐν Βαβυλῶνι διῆγεν τοῦ δὲ θέρους ἐν Ἐκβατάνοις τῆς Μηδικῆς· οὕτω δὲ καὶ αὐτὸς μεταλλάττειν τὴν οἴκησιν κατὰ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους
Βασίλεια δ' ἦν αὐτῷ τά τε ἱερὰ καὶ τὰ γυμνάσια καὶ τὰ ἄλση	οἰκίας δὲ τὰς καλλίστας καὶ τὰς ὑγιεινοτάτας ἔχειν τά τε ἱερὰ καὶ τὰ γυμνάσια (§ 14)
καὶ φίλος ἦν καὶ συνήθης τῷ ἀέρι ὥσπερ οἱ λέοντες	τοῦ ἀέρος ἠνείχετο ῥᾳδίως ἅτε δὴ συνήθης αὐτῷ γενόμενος
καὶ οὐκ ἀπεδίδρασκε τὰς ὥρας τοῦ Διός, οὐδὲ ἀντεμηχανᾶτο αὐτῷ	καὶ εὐφραίνετο θέρους προσιόντος, οὐκ ἤχθετο δὲ παυομένου (§ 9)
ἀλλ' οὕτως ἄρα ἐθὰς ἦν τῇ τοῦ παντὸς φύσει, ὥστε ἐκ τοιαύτης διαίτης ὑγιεινός τε ἦν καὶ ἰσχυρὸς καὶ κατεγήρα εἰς τὸ ἀκρότατον μηδὲν φαρμάκων δεηθεὶς μὴ σιδήρου μὴ πυρὸς μὴ Χείρωνος μὴ Ἀσκληπιοῦ μὴ Ἀσκληπιαδῶν μὴ μάντεων μαντευομένων μὴ ἱερέων καθαιρόντων μὴ γοήτων ἐπᾳδόντων	de hominibus . . . μηδὲ εἰς γῆρας ἀφικνεῖσθαι, ζῆν δὲ νοσημάτων γέμοντας τὴν δὲ γῆν αὐτοῖς μὴ ἐξαρκεῖν παρέχουσαν φάρμακα, δεῖσθαι δὲ καὶ σιδήρου καὶ πυρός· καὶ μήτε Χείρωνος μήτε Ἀσκληπιοῦ μήτε τῶν Ἀσκληπιαδῶν ἰωμένων μηδὲν ὄφελος εἶναι μηδὲ μάντεων μαντευομένων μηδὲ ἱερέων καθαιρόντων (23/4)
πολεμουμένης δὲ τῆς Ἑλλάδος . . . ἐκεχειρίαν ἦγε μόνος ἐν ὡπλισμένοις ἄοπλος, ἐν μαχομένοις ἔνσπονδος πᾶσι· ἀπείχοντο δὲ αὐτοῦ καὶ οἱ ἄδικοι sq.	βαδίζω ὅποι βούλομαι καὶ διὰ στρατοπέδου πορευόμενος ἄνευ κηρυκείου καὶ διὰ λῃστῶν· οὐδεὶς γὰρ ἐμοὶ πολέμιος οὐδ' ἐχθρός ἐστι βαδίζοντι (§ 60)

Nulla in his sunt, quae genuinam cynicam originem apud Maximum melius ostendant quam apud Dionem, multa autem multo magis rhetorica et obscurata atque ab acumine cynico abalienata; si quae praeter ea apud Maximum apparent cynica velut Diogenis comparatio cum leonibus (cf. Cynicus 15 [547] Dio VIII 30), non est cur eum aliunde ei nota non potuisse hisce inmiscere affirmemus; etiam alia, velut Diogenem circumiisse spectatorem et castigatorem hominum (*περιῄει τὴν γῆν ἄφετος* cf. *ἄφετος παντὸς τοῦ δεινοῦ ἐνέμετο πᾶσαν τὴν γῆν* 3. 9 Cynicus § 15 (547) vel omnibus hominum studiis et rationibus irrisisse *ἁπάντων τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων κατεγέλα* cf. 3. 9 Diogenis ep. 47 (Herch. 257) de tropo *σπουδογελοίῳ*

cf. Cynicus 551 Norden Fleck. ann. suppl. 18. 313 adn. 4), certe cynica, sive e vulgari traditione sive e philosophia populari ei nota, apud Dionem non exstant. Possis quidem, cum Dio certe diatribam quandam Diogenis ipsius nomine editam exscripserit — id quod verba eius tamquam ipsius loquentis oratione q. d. obliqua non numquam prolata docent — obicere, etiam Maximum eundem fontem adiisse. Sed idem atque hic in secunda quoque paragrapho observari potest, ubi inter antitheta quae multa finxit, quaedam e cynica popularis philosophiae parte (cf. cap. VI p. 84 huius op.) quaedam e Dione sumpta protulit:

δεδιότες μὲν ἔνδειαν, πληρωθῆναι δὲ μὴ δυνάμενοι	καὶ μάλιστα δεδιότες μή ποτε αὐτοὺς ἐπιλίπῃ τὰ ἀναγκαῖα Dio 34
εὐλαβούμενοι μὲν νόσους, τῶν δὲ νοσερῶν οὐκ ἀπεχόμενοι	φοβούμενοι δὲ νόσους, τῶν δὲ νοσερῶν ἀπέχεσθαι μὴ δυνάμενοι 35
ὑποπτεύοντες μὲν ἀλλήλους (cod. ἄλλους), ἐπιβουλεύοντες δὲ τοῖς πλησίον [3])	ἅπαντας ἀλλήλοις ἐπιβουλευόντας (34)
δεινοὶ πρὸς ἀνόπλους, δειλοὶ πρὸς ὡπλισμένους	φοβεῖσθαι μὲν τοὺς ἀνόπλους, πιστεύειν δὲ αὐτὸν τοῖς ὡπλισμένοις (de rege § 38)
μακαρίζοντες τοὺς τεθνηκότας, γλιχόμενοι τοῦ ζῆν, μισοῦντες τὸ ζῆν, φοβούμενοι δὲ τὸν θάνατον	ζῶσι δὲ πολὺ ἀηδέστερον τῶν τεθνάναι ἐπιθυμούντων, τὸν δὲ θάνατον . . δεδοίκασι 47
προβεβλημένοι τοὺς πολέμους, εἰρήνην ἄγειν μὴ δυνάμενοι	μηδέποτε δὲ ἡσυχίαν ἄγειν δυνάμενοι 34 cf. πολέμου ὄντος εἰρήνης ἐρῶσι, εἰρήνης δὲ γενομένης μηχανᾶσθαι πόλεμον 51

Dubio certius autem Dionea Maximum memoria tenuisse, dictum illud *ἔφη δὲ τοὺς πλουσίους ὁμοίους εἶναι τοῖς νεογνοῖς βρέφεσι· δεῖσθαι γὰρ ἀεί ποτε σπαργάνων* (Dio 15) ita apud Maximum obscuratum *περιβάλλοντες αὑτοῖς ἕρκη . . . καὶ τὰ σώματα σπαργάνοις μαλθακοῖς καθειλίξαντες* (36. 2) ut e memoria tantum loquenti accidere solet demonstrat. Videmus igitur etiam hic prorsus e consuetudine sua quandam de qua diceret rem sibi proposuisse atque de suo arbitrio materiam disposuisse — artificium enim illud *φέρε ἐξ ἑκατέρων ἡκέτω τις ἡμῖν ἀνὴρ ἐπὶ διαιτητὴν τὸν λόγον· ὁ δὲ αὐτῶν ἐρέσθω ἑκάτερον* sq. (36. 3) ipsius Maximi est quippe uti

3) Cod. πλείστοις quod coll. Hipp. ep. φιλονεικοῦντες ἔχθρῃ ἀλλήλοις et Diog. ep. 28 ἀλλήλοις φθονοῦντες mutandum censui.

talibus soliti — argumenta autem ex iis quae memoriae mandata secum ferebat prout apta videbantur sibi deduxisse; inter quae hic Dionea esse non nisi casu factum est, quippe cuius scil. clarissimi illius aetatis auctoris scripta post mortem statim edita uti par est etiam Maximus evolverit penitusque perlegerit. Accedit qui huic coniecturae faveat alter locus Maximi in sexta oratione ubi de hominum *κακίᾳ* declamitans dixit *ὄψει . . . συγγενεῖς καὶ συνεστίους πολεμίους, πάντας πᾶσιν ἐπιτιθεμένους, τοὺς ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἥλιον καὶ τὸν αὐτὸν αἰθέρα καὶ τὸν αὐτὸν νόμον, καὶ τὴν αὐτὴν φωνὴν ἱέντας, καὶ τὴν αὐτὴν γῆν νεμομένους, καὶ καρποὺς τοὺς αὐτοὺς σιτουμένους καὶ μυστήρια τὰ αὐτὰ τελουμένους· οὓς περιβάλλει τεῖχος ἓν καὶ πόλις μία, πολεμοῦντας σπενδομένους ὀμνύντας ἐπιορκοῦντας, συντιθεμένους μετατιθεμένους καὶ προφάσεις μικρὰς μεγίστων κακῶν* (§ 5), quae plane eadem fere sunt atque quae Dio protulit in simillimo declamationis frustulo 74. 3 *πρὸς δὲ τοὺς συμπολιτευομένους καὶ τῶν αὐτῶν κοινωνοῦντας ἱερῶν καὶ θυσιῶν καὶ γάμων καὶ φυλέτας ὄντας ἀλλήλων καὶ δημότας καὶ συγγενεῖς τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς νόμους καὶ τὰ ἀρχεῖα. καὶ ταῦτα οὐδέποτε ἠρεμεῖ. μεσταὶ γοῦν αἱ πόλεις ἀεὶ κατηγορούντων ἀπολογουμένων, δικαζόντων δικαζομένων, καὶ οὐδὲ ἐν ταῖς ἱερομηνίαις ἢ ταῖς σπονδαῖς ἀλλήλων ἀπέχεσθαι δύνανται· τίθενται οὖν ἑτέρους νόμους ὑπὲρ τῶν ἀδικημάτων τῶν ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ τούτους ἱεροὺς καλοῦσιν, ὥσπερ τὸ ὄνομα ὠφελοῦν· ὁ γὰρ τῆς κακίας πόλεμος διηνεκὴς ἅπασι πρὸς ἅπαντας, ἄσπονδος ὢν καὶ ἀκήρυκτος.* videmus apud utrumque inconstantiam hominum et *ἀπιστίαν* petitam, quae donec remaneat, inutiles esse festos dies omnis generis inter homines; cum autem etiam *πόλεμον* illud ipsius *κακίας* apud Maximum redire inveniamus (6. 8 *ἕως δὲ ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος ὁ ἐν ψυχῇ πόλεμος, ἄφιλος ἡ ψυχὴ μένει, ἐχθρά, σκυδρωπή*) et *φράσιν* illam *τὸ δὲ τὸν ἥλιον βλέπειν τὸν αὐτὸν καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς τρέφεσθαι γῆς* (Dio § 26) plane eandem quamquam alio conexu Maximum adhibuisse viderimus, Dionem penitus novisse et unum alterumve eius dictum vel pronuntiatum memoriae mandatum in mentem ei venisse elucet.

Index locorum.

Emendabantur a me

pag.
Maximi orat. 5. 1 89
7. 7 . . . 2 adn. 2
8 . . . 8 adn. 6
12. 4 . . . 22 adn. 10
18. 3 92
19. 4 80
26. 3 25
34. 2 . . . 12 adn. 10
35. 5 87

pag.
Maximi orat. 36. 2 94
5 93
37. 8 . . . . 27. adn.
38. 6 41
38. 7 18
Suis uti benigne de Wilamowitz mihi permisit in orat. 35. 5 . 87
38. 6 . 41

Index potiorum rerum.

E typothetae erroribus, qui me fugerunt, graviores non debeo silentio praetermittere hosce:

pag. 3 lin. 11: possent leg. possint		
„ 3 adn. 5 lin. 2: διηρθωμένων leg. διηρθρωμένων		
„ 16 lin. 9: vestigiis. quidem	leg.	vestigiis quidem
„ 18 „ 9: ἀῤ χειμὼν	„	ἆρ
„ 21 adn. 7 lin. 4: respondit	„	respondet
„ 24 adn. 15 lin. 1: εἰκαζέθω	„	εἰκαζέσθω
„ 28 lin. 18: τύπον	„	τόπον
„ 29 „ 21: sine Stoicam	„	sive
„ 28: δεὸς	„	θεὸς
„ 29: sentit	„	sensit
„ 30 adn. 3 lin. 15: cap. VIII	„	cap. VII
„ 32 lin. 22: alia et	„	alia; et
„ 41 „ 1: αἰτία	„	αἰτίας
„ 47 „ 18: τὼ δὲ εἴδη αὐτῆς λογικαὶ	„	τὰ δὲ ε. αὐτῆς, αἱ μὲν λογικαὶ
„ 48 „ 27: adeorum	„	ad eorum
„ 53 „ 16: rureus	„	rursus
„ 75 „ 2: usus est ut, deos	„	u. est, ut d.
„ 81 „ 16: Phericydem	„	Pherecydem
„ 91 „ 16: liberis	„	liberius.

(Ea me omisisse, ubi litterae aut partes litterarum deficiunt, cum posteaquam correxi, nescio quo casu exortum sit, noli offendere, sed ipse, lector, inter legendum quaeso suppleas.)

VITA AUCTORIS.

Natus sum Henricus Constantinus Hermannus Hobein die 28. mens. Febr. a. h. saec. LXXI. in urbe, quam nostra lingua vocant Osterode, prope a silva Hercynia sita, patre Augusto, matre Agnes, e gente Frederking, quorum ille praematura morte mihi ereptus est, hac adhuc superstite magnopere gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Litterarum rudimentis in schola quadam privata urbis Clausthal appellatae imbutus a. h. s. LXXIX. gymnasium ibidem frequentare coepi; tum Susatum Guestphaliae transgressus inde ab anno h. s. LXXXIII. archigymnasium q. d. Susatense frequentavi. Maturitatis testimonio instructus anno LXXXX almae matris Gottingensis inter cives receptus per novies sex menses studiis philologicis incubui. Docuerunt me viri docti Baumann Dilthey Dziatzko Gercke Henking Heyne Leo G. E. Mueller Peipers Roethe Sauppe (†) de Wilamowitz-Moellendorf.

Regii philologorum proseminarii sodalis fui per duo semestria, seminarii per tria sodalis ordinarius, per quartum senior, proseminarii germanici per duo semestria sodalis, seminarii per idem tempus sodalis ordinarius, per duo semestria senior. Ad exercitationes suas epigraphicas de Wilamowitz, philologicas de Wilamowitz, Leo, archaeologicas Dilthey, palaeographicas Dziatzko benigne me admiserunt. Quibus viris omnibus gratias refero quam maximas, prae ceteris vero Udalrico de Wilamowitz-Moellendorf et Gustavo Roethe, quorum quanta inde a studiorum initiis erga me fuerit benevolentia et liberalitas, nemo nisi equidem possum aestimare, quibusque pium et gratum animum semper servabo atque retinebo.

Frommannsche Buchdruckerei (Hermann Pohle) in Jena. — 1462